2

✠

D. PETRI DE VILLIAGOMEZ

Archiepiſcopi Limani iuris Allegatio.

PRO EDICTO SVO

contra laicos comis habitum Clericalem deturpantes.

Anno 1650.

Matriti ex Typographia Dominici Garcia, & Morràs.

COPIA DE VNA RESPVESTA de ſu Mageſtad al Arçobiſpo de Lima, aprouandole el edicto que hizo publicar para que ninguna perſona traiga habito Clerical ſin ſu licencia.

EL REY.

MVY Reuerendo in Chriſto Padre, Arçobiſpo de la Igleſia Metropolitana de la Ciudad de los Reyes, de las Prouincias del Perù, de mi Conſejo, en carta de diez y ocho de Otubre del año paſſado de 648. dezis las cauſas que os auian mouido à publicar edicto eſpecial, prohibiendo que ninguna perſona ſeglar, ſin eſpecial licẽcia vueſtra pueda traer el habito Clerical, y el reparo que en eſto ſe auia hecho por mi Audiencia de eſſa Ciudad, ſuponiendo no teniades juriſdicion para ello: y apũtais el derecho con q̃ auiades procedido, ſuplicãdome mande no ſe impida la execuciõ, por las conueniencias q̃ dello reſultan. Y auiẽdoſe viſto por los del mi Conſejo de las Indias, jũtamente con lo que a cerca de ello me eſcriuio la Audiencia, en carta de 22. del dicho

mes

mes de Octubre, ha parecido responderos, q̃ por las razones que representais se ha reconocido aueis procedido bien en prohibir con censuras que los seglares, no traigan habito Clerical sin licencia vuestra, cõ calidad de que esto sea no impidiendolo à los estudiantes, que actualmene estudiarẽ, y se huuieren matriculado, ni a los que estuuieren ordenados de menores Ordenes. Y a la dicha mi Audiẽcia embio a mandar no embarace la publicacion deste edicto, ni vuestros procedimientos con censuras, pues esto no es en perjuizio de mi jurisdicion Real. De San Lorenço à 21. de Otubre de 1649. años. YO EL REY. Por mandado del Rey nuestro Señor, Iuan Baptista Saenz Nauarrete.

CAP. I.

FACTI SERIES.

SICVT *Dominus Populum Moab, & Ciuitates eius, quasi vas inutile contriturus super omnia tecta, & in plateis eius omnem planctum prædixerat, vt quòd ipsi Moab indecisum erat, futurum fieret in exemplum omnibus in circuitu eius.* [A] Ita cum Sancti Iacobi Chilensis ciuitas in glebæ vbertate similis ipsi Moab nuper terræ motu ferè tota perijsset; casum, & eiulatum eius non absq; alijs iræ suæ signis celeri fama transmissit idem Dominus ad Limanos (qui, & si non terrarum continentia, rerum tamen commercio in circuitu eius viciniores sumus,) vt id in exemplum nobis ab ipso Domino factum intelligentes præcaueremus, ne, quod Moab in vltionem prænuntiatum est, & Chilensibus forsan ad correptionem peruenit, ad nos quoq; pro nostrarum exigentia culparum extenderetur. Vnde totum illud Diuina fauente gratia vertere conati sumus in saluté. Et licet nos illa Domini sententia valde terrebat, in qua dixit: [B] *Ecce in ciuitate, in qua inuo-*

A *Ierem. 48. v. 38. & v. 40.*

B *Ierem. 25. v. 29.*

uocatum est nomen meum, ego incipiam affligere, & vos quasi innocentes, & immunes eritis? non eritis immunes; Corda tamen nostra ad veniæ spem pia, & humilis Saræ Raguelis filiæ deprecatio erexit, qua Dominum sic alloquuta fuit: C *Benedictum est nomen tuum Deus Patrum nostrorum, qui cum iratus fueris, misericordiam facies, & in tempore tribulationis peccata dimittis ijs, qui inuocauerunt te. Non est in hominis potestate consilium tuum. Hoc autem pro certo habet omnis, qui te colit, quod vita eius si in probatione fuerit, coronabitur; si autem in tribulatione fuerit, liberabitur: & si in correptione fuerit ad misericordiam tuã venire licebit. Non enim delectaris in perditionibus nostris, quia post tempestatem tranquillum facis, & post lacbrimationem, & fletum exultationẽ infundes*. Ad Dominum ergo facies nostras conuertimus, & oculos direximus nostros ad ipsum, D *qui ostenderat nobis Populo suo* Limano *dura, & potauit nos vino compunctionis, deditq; nobis metuentibus se significationem, vt fugeremus à facie arcus, & liberaremur*, quos sibi placuit secundum nimiam charitatem suam in dilectissimi Filij sui nomine Sanctos vocari. Publicis ergo supplicationibus in dictis, & (vt pijs visum fuit) religiose peractis per pœnitentiam interius *commota est*, & exterius *contremuit* pro peccatis nostris ea *terra*, per quam peccatores intelliguntur, E *& fundamenta montium*, vanitates scilicet superborum *conturbata sunt*, & *commota sunt*, *quoniam* Deus *iratus est eis*; ira enim eius iam iam nobis satis innotuerat. *Ascẽdit* itaq; *fumus* nostrarum lachrimosarum deprecationum *in ira Dei*, id est, vbi nouimus quod

C *Tob. 3. v. 3.*

D *Argum. Ps. 59. v. 5.*

E *Argum. Ps. 17. v. 8. & Glosa interlin. ibi.*

quod Deus iratus erat nobis, & charitatis *ignis à facie eius exarsit*, flagrans ex diuinæ bonitatis illuminatione, seu notitia, *& carbones*, qui antè extincti forsan ab igne charitatis Dei, & luce iustitiæ frigidi, tenebrosiq; eramus, *succensi sumus* ab eodem charitatis igne superueniente adeoq; in plateis, & super tecta, id est publicis pænitentijs, & excelso prædicantium præconio Limanus hic ignis claruit, & arsit, vt ad exemplum pænitendi Peruvium illuminauerit, & calefecerit vniuersum.

Sed inter alia mortificationis opera, vt reliqua nunc prætermittamus, Chilenses (vt audiuimus) & Limani (vt vidimus) mox ferè omnes semetipsos dijudicãtes ad omnis luxus reformationem spontaneam accurrerunt, deponentes comas, seu suos secantes crines vibratos calido ferro, myhrraq; madentes, & ad virilem honestatem penè omnes iam redacti lætificabant Deum, Populumq; in gaudio cum vultibus suis. Nos itaq; opportunũ esse huiusmodi tempus ducentes pro efficaciore reformatione, & honestate Clericalis habitus (quæ nobis ab Episcopatus initio semper curæ fuit) edictum solemniter publicauimus, cuius tenor est qui sequitur.

CAP. II.

EDICTI TENOR.

DON Pedro de Villagomez, por la gracia de Dios, y de la Santa Sede Apostolica §. I.

Romana, Arçobiſpo de Lima, del Conſejo del Rey nueſtro Señor, &c. A todos nueſtros Fieles deſta Ciudad, y ſu Arçobiſpado, a cuya noticia vinierẽ eſtas nueſtras cartas de edicto ſalud. Bien ſabeis, y deueis ſaber, q̃ ha ſido, y es pena general que prouiene de aquel pecado primero que cometimos en nueſtro Padre Adan, la propenſion que nos inclina a peruertir el buen orden de nueſtras acciones paraq̃ nos vamos a lo que verdaderamente nos puede, y ſuele ſer de perjuizio.

§. 2. Como en otras coſas lo es el deſacreditar nueſtro noble ſer, y envileſcer nueſtra propria eſtimacion, ſegun ſe vè en q̃ crio Dios al hõbre a ſu imagen, y ſemejança, y conſiſtiendo eſta dignidad (ſegun la expoſicion de muchos Sãtos Dotores) en aquel dominio, y ſuperioridad que Dios le dio ſobre todas las demas criaturas, quiſo comprehẽder de baxo de eſte dominio del varon, ſpecialmente a la muger, que le diò por compañera; porque (ſegun dize San Pablo) A quedò el hombre hecho imagen, y gloria de Dios, y no fue la muger mas que gloria del varon, porque el varon no fue formado de la muger, ni criado en orden a ella ſino al contrario, en ſeñal de lo qual nos enſeña la miſma naturaleza que ſi el varon ctia cabellera, le es para el ignominia, y oprobrio, mas no lo es para la muger; porque ſi la muger la criare, le es gloria, y ornato que le dio la naturaleza en lugar de velo. Haſta aqui ſon palabras de el Apoſtol, y ſin embargo vemos a los hombres de eſte tiempo degenerar vilmente de eſta dignidad, y trocar ſu ſuerte, y violen-

A 1. Cor. 11.

tar

tar ſu naturaleza afeminandoſe con peregrinas apariencias, en cuya deteſtacion, mando Dios ſeueramente en el Deuteronomio, B q̃ el varõ no vſurpaſſe el trage mugeril. Y la razon de eſta prohibicion (ſegun Sã Iuan Chriſoſtomo) fue porque el hombre deponiendo, y renunciando ſu autoridad cõ ſemejante mudança, ſe ſujeta ſeruilmente a los fueros de q̃ la naturaleza le hizo exempto, y libre: Atiende (dize el Santo hablando con vno de eſtos) quan iniquamente procedes, quando conſtitituido en tan grande alteza de poteſtad, tu eres tu miſma deshonra, e ignominia con ſemejante transformacion; porque entonces cõuiertes tu dichoſa, y ſuperior libertad en miſerable, y humilde ſeruidumbre; y eſte daño q̃ aſta aqui auemos ponderado, ſiendo tan grande, no es el mayor, ſino que a la mudança del habito exterior del cuerpo ſuele ſeguirſe muy de ordinario la mudança interior del alma cõ ruina de la vida eſpiritual, y mengua del valor Chriſtiano, y total preuerſiõ de buenas coſtũbres, coſa tanto mas perjudicial, quanto va de diferencia del peligro dudoſò a el daño cierto, y eſte fue el fundamento de la graue amenaza, q̃ hizo Dios por el Profeta Sophonias C quando dixo: viſitare riguroſamente ſobre todos los que ſe viſten con veſtido peregrino, porque (ſegun dize S. Geronimo) eſtos eſtan muy cerca de paſſar de la ſimplicidad, de la verdadera Religion a la diſtraccion, y multitud de la perfidia, ſuperſticion, y idolatria.

B *Deut.* 22.

C *Soph.* 1.

Y ſiendo aſſi (como queda dicho de la dotrina de San Pablo) que la naturaleza dio a las mugeres las cabellos para ſu ornato; con todo

D
1. *Tim*. 1.
E
1. *Petr*. 3.

todo esso el mismo Sãto Apostol les prohibe D enrizarselos, y nuestro Padre Sã Pedro E tãbien les prohibe, que los traigan descubiertos por ornato exterior, quanto mas abominariã, y reprehenderian ambos el abuso que cõ horror estamos viendo en los hombres de este tiempo?

Y si esto es tan abominable en los seglares, quanto mas deue tenerse por execrable en los Ecclesiasticos, a quien encumbro Dios en lo alto de su Iglesia paraque con su honesta compostura, y modesta honestidad den a los demas quando los miran regla cierta de vida, y direccion de sus acciones.

Pero por el contrario con justo sentimiento nuestro, y horror de los ojos bien afectos a la piedad, auemos visto q̃ este detestable abuso de los seculares en criar, y traer cabelleras guedexas, y mechones, se ha passado al estado Ecclesiastico contra lo dispuesto, y grauemente prohibido por diuersos Sagrados Canones, y Concilios, de tal manera, que justaméte nos podemos lamentar con lo Profetas Isaias, F y Oseas G de que aya llegado tiempo en que se puede dezir ser tal el Sacerdocio como el pueblo.

F
Isa. 24.
G
Osea 4.

Pues de tan desconcertada semejança, es forzosso el seguirse que los Ecclesiasticos imitan la profanidad de los seglares, tan agena de la dignidad varonil, no aura entre los vnos, y los otros aquella grande diferencia que deue auer de costumbres mas auentajadas en los Ecclesiasticos, conforme a la excelencia de su dignidad, y estado superior al de los seglares.

An-

Antes ſera mas abominable ſu vida repreſentada muy viuamente en aquellas langoſtas, q̃ refiere Sã Iuan en ſu Apocalipſi, H auer viſto q̃ ſalian de entre el humo del pozo del abiſmo, y que eran ſemejantes a vnos cauallos, y ſus roſtros eran como de hombres, y teniã cabellos como cabellos de mugeres, y ſobre ſus cabeças vnas como coronas ſemejãtes al oro. H *Apoc. 9.*

Siendo aſsi, q̃ en realidad de verdad, nada de eſto eran aquellas langoſtas, ſino vn retrato de la liuiandad, y diſolucion deſtos tiempos en que la exterior, y afectada apariencia de algunos, injurioſa a la dignidad de nueſtra naturaleza intenta deſmentir al ſer interior, que verdaderamente tenemos.

Y parece auerſe repreſentado que ſubian de entre el humo de aquel pozo infernal; porq̃ del infierno, mas que de otra parte pudo, o deuio de tener ſu origen vna liuiandad tan deteſtable, y ofenſiua para los ojos de los que miran las coſas con la attencion deuida.

Y ſalieron en figura de langoſtas por el mal empleo del pan que comẽ los autores, y ſequaces deſte vil vſo, por ſer como ſon de ordinario gente ocioſa que ſe ſuſtenta de lo que no hã trabajado, como lo hazen las langoſtas.

Y el repreſentarnos a eſtos en figura de cauallos, demueſtra el deſenfrenamiento con que caſi ſiempre ſe dexan lleuar de ſus vicios, principalmente del de la torpeza haſta la muerte.

Y el tener cabellos, como cabellos de muger, es ſeñal de la eſclauitud, a que ſe han ſujetado por auer degenerado de ſu dignidad varonil.

Y

Y para ſignificarnos auer llegado eſte daño a nueſtro ſagrado eſtado, ſe dize tener ſobre ſus cabezas, como coronas de oro, porque aũque por la dignidad de ſus ordenes deuieran eſtos traer coronas de verdadera alteza, ſuperior a las demas, ſignificadas en las de oro, pues en la ſuérte de nueſtro Sagrado eſtado la ſuſtancia (como dixo nueſtro Padre Sá Pedro) [1] es el Sacerdocio, y lo menos el llamarſe Real, pero en tales perſonas por la vileza de ſu proceder, ſus coronas no ſon mas que ſemejantes, eſto es aparentes, porque no merecen la eſtimacion de las verdaderas.

1. *Petr.* 2.

Por todo lo qual, y por otras conſideraciones, deſſeando por lo que nos toca poner remedio conueniente en negocio tan graue, y ocurrir a los daños q̃ de ſemejantes deſordenes ſe pueden recrecer al ſeruicio de Dios, y para deſcargo de nueſtra conciencia, auemos publicado antes de aora otras cartas de edicto en eſta razon con diuerſas penas.

Y aunque en los Clerigos de orden Sacro hallamos auer auido alguna reformacion, con todo eſſo en muchos Clerigos de menores ordenes, y en otras perſonas que no ſiendo Clerigos traen el habito Eccleſiaſtico, no han baſtado el temor de las penas, y cenſuras que les auemos pueſto paraque dexen de profanar el habito de nueſtra Sagrada Religion.

Por tanto continuando el poner remedio conforme a el eſtado en que juzgamos eſtar al preſente eſta cauſa, mádamos q̃ ningũ Clerigo de menores ordenes deſta Ciudad, y nueſtro Arçobiſpado traiga cabellera, guedexas, copete,

pete, ni mechones, ni el cabello partido (como dizen en crencha) ſino q̃ todos anden en quãto a lo dicho con la modeſtia, trage, y compoſtura conueniẽte a nueſtro eſtado. Lo qual cumplan todos, y cada vno dellos en virtud de ſãta obediencia, y los Presbiteros ſo pena de excomunion mayor, y con apercebimiento de q̃ los ſuſpenderemos del exercicio de ſus Ordenes, por el tiempo que nos pareciere conueniente, y los Diaconos, y Subdiaconos debaxo de la miſma pena de excomunion mayor, y de diez dias de carcel, y con apercebimiento, que les hazemos de que no ſerán promouidos a mayores ordenes, tratandoles por eſta cauſa por indignos dellas, no ſolamẽte porque ellos miſmos imitando el trage mugeril con ſu miſmo hecho mueſtran querer ſer tenidos por mugeres, y por ello deuen ſer tratados como tales, y aſsi por incapaces de Ordenes Eccleſiaſticos, ſino tãbien porque en profanar nueſtro ſagrado habito, y en contrauenir a tan ſantos decretos del derecho Canonico, y Concilios, y a los mandatos que en ſu conformidad auemos publicado, ſu culpa merece tal pena; pues que en quanto a eſte efecto el Papa San Eſteuan L declara por infames a los que menoſprecian los eſtatutos de la Igleſia, o que de ſu voluntad quebrantan los de los Apoſtoles, y de ſus ſucceſſores, y de los demas Padres della, o que ſon inobedientes a los decretos de los Santos, ſegun eſta expreſſamente diſpueſto en el cuerpo del derecho. Y en quanto a los Clerigos de menores Ordenes debaxo de la miſma pena, y del meſmo apercebimiento, y

L *c. infames 6. q. 1.*

de la carceleria doblada.

Y por quanto algunas perſonas meramente legas andan en eſta ciudad, y ſu Arçobiſpado en habito Clerical ſin tener ordenes algunas, y eſte genero de gente, mas frequentemente que los Clerigos ſuelen profanar el dicho habito en el modo de traerle, y de otros delictos que cometen, ſuele reſultar tambien perjuizio a nueſtro eſtado, quando la juſticia ſecular los vè en tal habito les tiene reſpecto por entender que ſon Clerigos, y exéptos de la juriſdicció, y por otra parte nueſtra juſticia Eccleſiaſtica, no procede a caſtigarlos por ſer como ſon legos, de lo qual toman mayor ocaſion, y libertad para cometer delictos, y todo en deſdoro de nueſtro ſagrado eſtado.

Por tanto mandamos, prohibimos, y defendemos, que ninguna perſona lega ſiẽdo mayor de catorze años de edad ſe ponga, ni traiga habito Clerical ſin que para ello tenga nueſtra expreſſa licencia por eſcrito, la qual daremos ſolamente a las perſonas de cuyo proceder tuuieremos ſatisfacion, y ſera por tiempo limitado: y aſsi miſmo que los que alcanzaren las dichas licencias paſſado ſu termino, no vſen mas dellas; y que los legos que haſta aora han traido el dicho habito ſe lo quiten luego dentro de diez dias primeros ſiguientes a la publicacion deſte nueſtro edicto. Lo qual todo, y cada parte dello cumplan los ſuſodichos, y cada vno dellos por lo que le tocare en virtud de Santa Obediencia, y ſo pena de excomunion mayor latæ ſententiæ, trina canonica monitione præmiſſa, en que incurran ipſo facto, en

paſſan-

passando el dicho termino: demas de lo qual tengan perdidos los vestidos Clericales que traxeren, los quales aplicamos a la justicia secular, que con ellos los aprehendiere. Y a todos los susodichos, assi Clerigos de mayores, y menores Ordenes, como legos, les apercebimos que en su rebeldia procederemos a [agrauacion, y reagrauacion de las dichas penas, y censuras por todo rigor, como mas huuiere lugar de derecho. Y paraque venga a noticia de todos mandamos que estas nuestras cartas de edicto se lean, y publiquen en nuestra Iglesia Cathedral, o en otra de las Parroquiales, o de los Conuentos de esta ciudad, y su Arçobispado donde aya oncurso de el pueblo. Que son fechas en la Ciudad de los Reyes en treinta y vn dias del mes de Iulio de 1647. años.

CAP. III.

Effectus ex edicti lectura sequutus.

OMNES laici, vno, vel altero dempto, pro obtinenda sibi præfatum habitum gestandi facultate auidè accurrerunt, eisq; gratis ad tempus tamen nobis bene visum, eam impartiti sumus, & plures alij laici rationibus edicti permoti (nec non, & fœminæ quã plures) suum laicalem habitum ad proborum normam composuerunt. Ex quo magna extitit piè conuersantium consolatio. Sed nescimus quo pacto in re vsq; modo nequaquam dubia

dubium excitatũ fuit, an ſcilicet nos laicis interdicere ſub pœnis, & cenſuris ponimus, ne ſine facultate à nobis obtenta clericalem habitum aſſumant, vel geſtent.

CAP. IV.

Huius ſcripti ſcopus, & proteſtatio.

HAC de cauſa cogimur noſtrum edictum propugnare, tũ quia *Græcis, & Barbaris, ſapientibus, & inſipientibus debitores ſumus;* [A] tũ maximè quia viris grauiſsimis id præſtare ſerio promiſſimus, illius memores ſentẽtiæ, qua ſcriba Epheſios ſedauit dicens: [B] *Periclitamur argui ſeditionis hodiernæ, cum concurſus iſtius nullius obnoxius ſit, de quo poſsimus reddere rationem,* ſolerter proſpecto etiam quod *per huiuſmodi ſcribam, qui ſeditionem ſedauit ſignificatur bonus Prælatus, & conſtans.* [C] Non enim leue pacis turbandæ detrimentũ iam imminebat, quod hoc adhibito medio auertere ſtuduimus. Et quia diſputationem nouam aggredimur, & ideo viam inſolitam ambulaturi ſumus, ad probandum ſcilicet ex profeſſo, quòd extra dubiũ anterioris iuris expreſſis calcatum eſt veſtigijs, quamplurimiſq; rationibus, & Patrum authoritatibus fulcitum; ideo, vt clarius, & efficacius quod nuper ex edicto in recens dubiũ prouocatum eſt, propugnare pro dignitate poſſimus, cætera in eodem aſſerta attingere operepretium duximus. Quod ſi in dicendis

A *Rom.1.v.14.*

B *Act.19.v.40.*

C *Gloſ. ordin. ibi.*

minus perite, aut parum cautè aliquid forte positum fuerit, emendari cupimus ab eo, qui Petri, & sedem tenet, [D] cui, & omni rectè sentienti syncerum pietatis officium, & incorruptæ fidei studium nostrorum esse testamur. Verũ si adspirante gratia illius, *sine quo nihil possumus facere,* [E] *eructet cor nostrum verbum bonum, dicamus opera nostra Regi;* [F] *Regi* (inquam) *seculorum immortali, & inuisibili, cui soli honor, & gloria in secula seculorum.* [G] *Amen.*

D *c. hæc est fides 24. q. 1.*

E *Io. 15. v. 5.*

F *Ps. 44. v. 1.*

G *1. Tim. 1. v. 17.*

CAP. V.

Clausula I. Edicti explicatur.

PRIMA ergo nostri edicti clausula, sic se habet. *Don Pedro de Villagomez &c. Ha sido, y es pena general que prouiene de aquel pecado primero que cometimos en nuestro Padre Adan, la propension que nos inclina a peruertir el buen orden de nuestras acciones, paraque nos vamos a lo que verdaderamente nos puede, y suele ser de perjuizio.*

Hæc sententia fidei satis eleganter exprimitur verbis Sancti Gelasij [A] Papæ 1. dicentis. *Primi illi parentes generis humani de nullis vtiq; genitoribus, sed de innoxia limi materia procreati, & purè, atq; sincerè potenter arte diuina compacti factique rationales, propria voluntate seductorem secuti Diabolum prauis cupiditatibus per excessum præuaricationis infecti sunt. In quibus vtiq; humana natura peccauit, & humana facta est natura vitiosa receptrix sine dubio mali, quod ante nesci-*

A *S. Gelasius Papa in epist. 7. ad omnes Episcopos per Picenum.*

nescierat, quæ a bono rectoq; deficiens in affectum mali prauiq; recidere ipsorum consequente tramite manifestum est.

CAP. VI.

Clausula II. Edicti explicatur.

SECVNDA autem nostri edicti clausula hæc est; *Como entre otras cosas lo es* (cònuiene a saber peruertir el buen orden de nuestras acciones) *el desacreditar nuestro noble ser, y enuilecer nuestra propria estimacion.*

In hac secunda clausula cũ generalitate explicatur, quod in prima doctrinaliter dictũest.

CAP. VII.

Clausula III. Edicti probatur.

IN tertia clausula edicti, quæ in præcedentibus generaliter dicta sunt, exemplificantur in specie per hæc verba: *Segun se vè en que crio Dios al hombre a su imagen, y semejança, y consistiendo esta dignidad (segun la exposicion de muchos Santos Dotores) en aquel dominio y superioridad que Dios le dio sobre todas las demas criaturas, quiso comprehender de baxo de este dominio del varon especialmente a la muger, que le dio por compañera; porque (segun dize San Pablo) quedo hecho*

el

el hombre imagen, y gloria de Dios, y no fue la muger mas que gloria del varon; porque el varon no fue formado de la muger, ni criado en orden a ella, sino al contrario. En señal de lo qual nos enseña la misma naturaleza que si el varon cria cauellera, le es para el ignominia, y oprobrio, mas no lo es para la muger, porque si la muger la criare, le es gloria, y ornato que le dio la naturaleza en lugar de velo. Hasta aqui son palabras del Apostol, y sin embargo vemos a los hombres de este tiempo degenerar vilmente de esta dignidad, y trocar su suerte, y violentar su naturaleza afeminandose con peregrinas apariencias.

Huius secundæ clausulæ prima pars, idest, *Que crio Dios al hombre a su imagen, y semejança.* Probatur Deo auctore dicente: A *Faciamus hominem ad imaginẽ, & similitudinem nostram.*

A Gen. 1. v. 26. & v. 28.

Secundæ eiusdem clausulæ pars affirmat: *Que consistio la dignidad de ser el hombre criado a imagen, y semejança de Dios (segun la exposicion de muchos Santos Doctores) en aquel dominio, y superioridad q̃ Dios le dio sobre todas las demas criaturas.* Quod in Sacro eloquio probatur dicẽte Deo: B *Præsit piscibus maris, & volatilibus cæli, & bestijs vniuersæq; terræ, omnique reptili, quod mouetur in terra*, & procedit secundum expositionem Doctorũ, & præcipuè S. Ioannis Chrysostomi dicentis: C *Ad imaginẽ dixit de principatu, & dominio, non de aliquo alio, quia Deus fecit hominem principem omnium, quæ sunt super terram.*

B Gen. 1. v. 27.

C Glosa ordin. ibi: Verbo faciamus, & Lyra verbo præsit & S. Chrysost. hô. 14. in Genes.

Tertia eiusdem tertiæ clausulæ pars ait: *Que de baxo del dominio del varon quiso Dios comprehender especialmente a la muger que le dio por com-*

cõpañera; Et ad huius rei probationem Apostolum adduximus dicentes: *Porque (segun dize San Pablo) quedò el hombre hecho imagen, y gloria de Dios, y no fue la muger mas que gloria del varõ, porque el varon no fue formado de la muger, ni criado en orden a ella, sino al contrario. En señal de lo qual nos enseña la misma naturaleza que si el varõ cria cabellera, le es para el ignominia, y oprobio, mas no lo es para la muger, porque si la muger, la criare le es gloria, y ornato q̃ le diò la naturaleza en lugar de velo. Hasta aqui son las palabras del Apostol.*

Breuitatis causa ex vulgata editione in Hispanum idioma transcripsimus ea verba Apostoli dumtaxat, quæ magis ad rẽ pertinere visa sunt. Sed ad horum intelligentiam præmittendum est, D quasdam fuisse Corinthiorum consuetudines prauas, & præcipuè duas, quas in præsenti damnat Apostolus: Altera erat, qua mulieres eorum intecto capite ad Ecclesiam veniebant gloriantes in crinibus, quod nõ solum inhonestum erat, sed etiam fomenta concupiscentiæ præstabat videntibus. Altera verò cõsuetudò erat, quòd viri comã nutriebant indifferenter. Igitur aduersus vtramq; huiusmodi consuetudinẽ docet Apostolus, quod omnes viri caput Christus est, caput autẽ mulieris vir.

D Sedulius, & Primasius apud glosam ordin. & Theodoretus, & Cornelius a Lapide in 1. Cor. 11.

Ex quo ergo viri caput est Christus, & vir caput est mulieris Apostolus E infert legitime aduersus consuetudines Corinthiorũ, prauè quidem viros capita sua velare, & fœminas aperto capite ad Ecclesiam venire dicens: *Omnis vir orans, aut prophetans velato capite deturpat caput suum, & vir quidem non debet vela-*

E 1. Cor. 11. a v. 11

re caput suum, quoniam imago, & gloria Dei est; mulier autem gloria viri est, non enim vir ex muliere est, sed mulier ex viro: ettenim non est creatus vir propter mulierem, sed mulier propter virum. In cuius rei significationem dicit paulo post Apostolus: *Nec ipsa natura docet vos, quòd vir quidem, si comam nutriat, ignominia est illi, mulier vero si comam nutriat, gloria est illi, quoniam capilli pro velamine ei dati sunt.*

CAP. VIII.

Clausula IV. Edicti probatur.

QVapropter sequitur in nostro edicto: *Y sin embargo vemos a los hombres deste tiempo degenerar vilmente desta dignidad, y trocar su suerte, y violentar su naturaleza afeminandose con peregrinas apariencias.*

Nō est locus, vt cum Petrarca A defleamus, vtq; execremur ludibria hæc habituũ externorum, quos nobis ab extremis mundi finibus furibunda præsens ætas intulit. Sed homines malè oderint has belluas humana effigie, ferino animo, lingua Hispana, barbarico habitu, compto fœmineam ad mollitiem capillo, moribus ad caprinam duritiē horridis atq; incultis. Hinc obscena corporum impudentissime detegentes, illinc mentium leuitatem vano vertice volucrum plumis extantibus apertissime designantes. An vero tam vigiles magistri, an tam doci-

A *Franciscus Petrarca de vestitu, cultuque corporis Dialogo 20.*

les diſcipuli plus odij mereantur, in dubio eſt, quorum ingenijs effectum videmus, vt inter viros, & fœminas, inter mimos, duceſq; inter ſcorta, & matronas propeiam nihil interſit aſpectu. Nec dum ſiſtit, ſed indies ſerpens creſcit, & variatur inſania.

CAP. IX.

Clauſula V. Edicti probatur.

SEquitur textus edicti. *En cuya deteſtacion, mandò Dios ſeueramente en el Deuteronómio, que el varon no vſurpaſſe el trage mugeril, y la razon deſta prohibicion (ſegun San Iuan Chriſoſtomo) fue porque el hombre deponiendo, y renunciando ſu autoridad con ſemejante mudança, ſe ſujeta ſeruilmente a los fueros, de que la naturaleza le hizo exempto, y libre: Atiende (dize el Santo hablando con vno deſtos) quan iniquamẽte procedes quando conſtituido en tan grande alteza de poteſtad, tu eres tu miſma deshonra, e ignominia con ſemejante transformacion, porque entonces conuiertes tu dichoſa, y ſuperior libertad en miſerable, y humilde ſeruidumbre.*

In Deuteronomio ſic habes: *Non induetur mulier veſte virili, neq; vir vtetur veſte fœminea; abominabilis enim apud Deum eſt, qui facit hæc.* A

A *Deut. 22. v. 5.*

Sanctus Clemens Papa Primus, & Martyr B omnibus Chriſti fidelibus id ſingulari numero loquens prohibuerat, ne comam nu-

B *S. Clemens, lib. 1. c. 3. Apoſtolic. cõſtit.*

nutriant. *Pulchritudinem* (inquit) *à Deo tributam, ne insuper ornes, quin potius temperaeã modeste apud homines, non capillum nutriens; immo conscindens, ac concerpens, nepexus, & comatus, aut vnguentis delibutus eas mulieres ad te pelliceas, quæ sic capi, aut capere solent. Tibi enim, qui fidelis, & homo Dei es, non licet nutrire comam, & in vnũ colligere, hæc enim luxuria est, & mollities, neq; effussam gestare, neque discriminatam, neque facere, vt tumescat, neque eam carpendo, & formando crispare, neque statiã reddere, quod etiam lex Deuteronomij vetat sisoem facere, aut anaxarydas. Oportet præterea non bacham radere, neque formam hominis cõtra naturam mutare, ait enim lex: Non radetis barbas vestras. Mulieres namque, vt deceret non esse barbatas, fecit earum auctor Deus; viros contra, vt non deceret idem iustè statuit. Tu vero si hæc facias, vt alicui placeas, id quod est contra legem execrabilis apud Deum eris, qui te ad imaginem suam effecit.*

Quod autẽ dicitur execrabiles esse apud Deum mulierem veste virili, & virum veste fœminea indutos, ea quoq; ratione procedit, *quia debet quisque esse contentus naturalibus ornamentis, ne creatorem videatur accusare tanquam impotentem opus suum perficere.* C Et cum vtriq; sexui diuersum indumentum natura dederit, D ideo præceptum est, ne mulier induatur veste virili, nec vir vtatur veste fœminea, *moraliter enim contra naturam est virum muliebria facere, comam crispare, torquere capillos.* Vnde Apostolus: *Vir si comam nutrierit, ignominia est illi,* Et S. Ambrosius ait:

C *Gloss. ordin. in Leuit. 19. verbo neq; in rotundum.*

D *Gloss. interlin. verbo nõ induetur, & verbo mulier in Deut. 22. v. 5.*

E
S. Ambros. epist. 15 ad Trineum.

ait : [1] *Cur mentiris fœminam, vt tu fœmina videaris? suis vnumquemq; sexum induit natura indumentis. Diuersus vsus, diuersus color, motus, & incessus, diuersæ vires, diuersa vox est in viro, & fœmina: mares speciosi; fœminæ non item vario pennarum pinguntur d core. Mendacium, & in verbo turpe est, nec dum in habitu. Quam deforme est virum facere opera muliebria. Ergo pariant, ergo & parturiant, qui crispant comam, sicut & fœmina.*

F
S. Basilius hom. 24 de legen. lib. Genti.

Item Diuus Basilius [F] aiebat: *Comarum, aut vestium extra necessitatem curam gerere, vel infælicium est, (vt ait Diogenes) vel iniustorum, nam cincinnatum, & comptum esse, atq; appellari æquè turpe censendum est, ac impudicũ esse, aut alienis nuptijs insidiari.*

G
S. Ioan. Chrisost. ho. 26. in 1. Corin. 11.

Omnia hucusq; ab initio dicta comprobantur auctoritate Sancti Ioannis Chrysostomi in his verbis: [G] *Quod nam sit crimen, mulieres esse aperto capite, viros verò operto? Quod nam ergo sit crimen hic disce: Signa quidẽ data sunt, & viro, & mulieri, & multa alia; illi quidem imperij, ac principatus; huic vero subiectionis; cum his autem hoc quoque, quod hæc quidem operto sit capite, ille vero apertum caput habeat, & nudum. Si hæc ergo sunt signa, ambo peccant, bonum ordinem confundentes, & Dei cõstitutionem ad suos limites transgredientes; ille quidem decidens ad huius humilitatem, & deiectionem; hæc vero in virum insurgens per habitũ, ac figuram; si enim non fas est vestem mutare, & neq; huic quidem toga indui; illi vero instita, & muliebri tegumento capitis. Non erit enim (inquit) viri ornatus super mulierem, neq; induetur*

tur

tur vir veste muliebri: H *Multo magis hæc non sunt mutanda. Nam hæc quidem sunt ab hominibus lege cõstituta, etiã si Deus hæc postea cõfirmauerit; illud autẽ à natura caput (inquã) operiri, & aperiri: Quando autem dico naturam, Deum dico; is enim est, qui naturam est architectatus. Quando ergo hos euertis terminos, & hæc rescindis decreta, vide quam multa fiant damnosa, ac noxia. Neque mihi hoc dixeris paruum esse peccatum, nam etiam per se magnum est. Est enim inobedientia, quod si etiam esset paruum, magnum fieret, quoniam est signum rerum magnarum, quod autem sit magnum, ex hoc est perspicuum, quod generi humano tam pulchrum, & elegantem præbeat ordinem, eum qui imperat, & eum qui paret in mundo constituens. Quamobrem, is qui trasgreditur, omnia confundit, & Dei dona prodit, & qui à superis datus est ei honorem humi abijcit.*

H Deut. 22. v. 5.

Deinde notat Chrysostomus, *quod in viro non de capitis tegumẽto, sed de coma præsens oratio Apostoli tractat: nam tunc solum iubet caput aperire quando orat, aut prophetat, comam autẽ alere semper probibet. Propterea sicut dixit in muliere, si autem non velatur, tondeatur, ita etiã de viro, si comam nutriat, ignominia est illi, non dixit: si operiatur, sed si comam nutriat. Et ideo in initio dicebat, omnis vir orans, aut prophetans super caput habens. Non dixit: operto capite, sed super caput habens. Ostendens, quod etiam, si oret nudo capite, comam autem habeat, perinde est, ac si esset operto capite. Vir quidem non debet velare caput, cum sit imago, & gloria Dei.*

Dei. Hæc rursus est alia causa. Neque enim solum, quò d Christum habet caput, debet (inquit) caput aperire, sed etiam quod imperat mulieri. Nam Principem, qui ad Regem accedit, oportet habere signum imperij, ac principatus. Quomodo ergo nullus ex principibus, absque zona, & læna audebit apparere coram eo, qui est redimitus diademate, ita nec tu absq; signis imperij, & principatus, quod est esse aperto capite, ora Deū, ne dedecore afficias, & te, & eum qui te honore affecit. Nō enim vir ex muliere est, sed mulier ex viro. Si autem ex aliquo esse, est gloria illius, ex quo est; multo magis esse similem, ettenim non creatus est vir propter mulierē, sed mulier propter virum. Hæc est secunda rursus exuperatio, immò vero tertia, & quarta. Prima quod caput nostrum est Christus, nos autem mulieris. Secunda, quod nos sumus Dei gloria, mulier autem nostra. Tertia quod non sumus ex muliere, sed mulier ex nobis. Quarta quod nō nos propter ipsam, sed illa propter nos. Deinde dicit, quod nos in edicto nostro transcripsimus: *Cogita ergo quam insignis sit iniquitas quando tantâ honoratus potentia te ipsum afficis ignominia arripens habitum, & figuram mulieris, & perinde facis, ac si accepto diademate, diadema de capite abijcias, pro diademate autem vestem accipias seruilem.*

Post has selectiores auctoritates liceat nobis breuiter interrogare de comatis, qui cōcinniores, quam honestiores esse malunt; qui Rempublicam turbari suam minus curant, quam comam; qui infideles etiam in capillis sunt; quales in rebus serijs viriliter

ge-

gerendis erunt? certè hoc genus nugarum, & accersitæ ex comarum compositione cō-mendationis, & si fallere nos eo modo attē-tent, non tam corpus ornant (vt ipsi opinā-tur) quam se produnt, mentemq; propriam detegunt, vt eos detestemur; & vt cum aliquis eorum nobis obuiam fiat, procul eum arcere studeamus, vt Caius Imperator [I] aiebat.

I *Teste Hieronimo Romano in Republic. Gentil. c. 13.*

Quod si viros quosvis hoc crimen comarum, dedecet; maxime Hispanos, iuxta illud Martialis ad Carmenionem. [L]

L *Martial. lib. 10. epig. 58.*

Cum te municipem Corinthiorum
Iactes, Carmenion, negante nullo,
Cur frater tibi dicor ex Iberis
Et Celtis genitus, Tagiq; ciuis?
An vultu similes videmur esse?
Tu flexa nitidus coma vagaris,
Hispanis ego contumax capillis.

Et paulo infra.

Quare desine me vocare fratrem
Ne te, Carmenion, vocem sororem.

CAP. X.

Clausula VI. Edicti probatur.

Y *este daño que hasta aqui auemos ponderado siendo tan grande, no es el mayor, sino que*

a la

a la mudança del habito exterior del cuerpo suele seguirse muy de ordinario la mudança interior del alma con ruina de la vida espiritual, y mengua del valor Christiano, y total peruersion de buenas costumbres, cosa tanto mas perjudicial quanto và de diferencia del peligro dudoso a el daño cierto. Y este fue el fundamento de la graue amenaça que hizo Dios por el Profeta Sophonias, quando dixo: visitare rigurosamente sobre todos los q̃ se visten con vestido peregrino, porque (segun dize San Geronimo) estos estan muy cerca de passar de la simplicidad de la verdadera religion a la distraccion, y multitud de la perfidia, supersticion, y idolatria.

A *Soph. 1. v. 8.*

Per Sophoniam ita Dominus minatur: A *Visitabo super omnes, qui induti sunt veste peregrina.* Et in septuaginta interpretibus sic translatum habemus: *Vlciscar super omnes, qui induti sunt vestimentis alienis. Grauis est* (ait Franciscus de Mendoça) B *ista comminatio diuina. Qui sunt, quæso, qui hac veste peregrina induuntur? Planè sunt illi, Diuino Hieronymo interprete, qui simplici virtutum babitu nõ contenti multiplices externarum gentium ritus imitantur, qui patriam, & auitam religionem non curant; inanes, & peregrinas superstitiones prosequuntur, qui à fidei simplicitate in multiplicitatem perfidiæ degenerant, & in vno corpore plures gestare animos, in vno ore plures personas agere, in vno homine plures mentiri homines videntur.* Sic Dominus Deus cum Synagogam ingentibus beneficijs cumulasset, vt ad optatum sibi finem perueniret dixit: C *Vestiui te discoloribus, & calceaui te ianthino, & cinxi*

B *Mendoza in 1. Regum. 1. n. 1. annot. 4. circa litterã sect. 3. n. 41.*

C *Ezech. 16. v. 10.*

Cinxi te bysso, & indui te subtilibus. Vbi Cornelius à Lapide: *Præsertim vestis* (inquit) *exterior est modestia, grauitas, comitas, omnisq; externa verborum, morum, & gestium ad decorē, & pietatem compositio. Neque illepidè adnotabo interpretem hic vertisse: discolorem alibi Polymitam, alibi Scutulatam, alibi & propriè Phrygionicam, quia per species vestium eas intellexit nationes, & expresit populos, & personas, quæ eisdem vestibus percrebo vtebantur. Vt ex vna specie variegatarum vestium alia manifestentur, scilicet Attalica, Babylonica, Alexandrina, & Scutulata. De quibus Plinius:* [D] *Acu facere Phryges inuenerunt, ideoq; Phryginès appellati sunt. Aurum intexere in eadem Asia inuenit Attalicus Rex, vnde nomen Attalicis colores diuersos picturæ inserere Babylon maximè, celebrauit, & nomen imposuit. Plurimis licijs texere quæ Polymita appellatur, Alexandria instituit. Scutulis diuidere Gallia. Ergo non perperam ea sibi nomina imponi meretur, qui eo ornatu vtitur, & vestitu, quibus, & peregrinæ nationes vtebantur. Ex quibus nunquam licuit catholico viro hæreticorum vestibus indui, vt fidem dissimulet,* [E] *quia cum vestitus interioris animi sit indicium eam fidem abnegasse videtur, qua exterius infici non recusat.* Necessarium enim est, vt vnusquisq; eum vestium cultum seruet, quem sui status conditio præscripsit, quasi vestes id exteriùs proferant, quod in animo est non minus, quam externus ipsius corporis motus, quia *ex visu cognoscitur vir, & ab occursu faciei cognoscitur sensatus. Amictus corporis, & risus dentium, & ingressus ho-*

D *Plinius lib. 8. c. 48 late S. Isidorus orig. lib. 19. c. 22. & c. 23.*

E *S. Thom. 22. q. 3. ar. 2.*

minis annuntiant de illo, [F] *hoc est ; quia exterioribus indicijs cognoscitur affectus animi,* [G] *nō enim est arbor bona, quæ malos fructus facit, neq; arbor mala faciens fructum bonum.* [H] Et secundum Sanctum Gregorium, [I] *cultui vestium actionis quoque ornamenta conueniunt,* Vnde carmen penthametrum dicit. [L]

Qualis vestis erit talia corda gerit.

Quod eleganter quoad probos exemplificat Sanctus Ambrosius, [M] in Virgine Deipara, dicens ; *quod ipsa Virginis species simulacrum fuerit mentis , figura probitatis.*

Quoad improbos verò idem est dicendū, cum contrariorum eadem sit disciplina, [N] & nulla sit ratio quæ aduersetur. Vnde Gratianus [O] infert ex mente Diui Augustini [P] *quod incompositio corporis inæqualitatem indicat mentis*, cuius rei duo nobis proponit exempla idem Sanctus Ambrosius, [Q] his verbis : *Meministis filij quendam amicum cum sedulo se videretur commendare officijs ; hoc solo tamen in Clerum à me non receptum, quòd gestus eius plurimum dedeceret : alterum quoque cum in Clero reperijssem iusisse me, ne vnquam præiret mihi, quia velut quodam insolentis incessus verbere oculos feriret meos. Idq; dixi cum redderētur post offensam muneri : Hoc solum excepi. Nec fefellit sententia ; vterq; enim ab Ecclesia recessit, vt qualis incessu prodebatur, talis perfidia animi demonstraretur. Namq; alter Arrianæ infestationis tempore fidem deseruit ; Alter pecuniæ studio, ne iudicium subiret Sacerdotem se nostrum negauit, lucebat in eorum incessu imago leuitatis, species quædam scurrarum percursantiū.*

F *Ecclef. 19. v. 26. & 27.*

G *Glosa ordin. ibi.*

H *Lucæ 6. v. 43.*

I *S. Greg. relatis c. rationis ordo 100. dist.*

L *Refertur in gloss. verbo indiciū in d. c. accepisti, de consecrat. dist. 4.*

M *S. Ambr. lib. 2. de Virgin. sub initio.*

N *l. 1. ff. de his qui sūt sui cū vulg. iurib. relatis à Barbos. axiom. 58. nu. 11.*

O Gracian *in §. fin. 41. dist.*

P *S. Aug. epist. 109.*

Q *S. Ambr. lib. 1. de Offic. c. 18.*

CAP.

CAP. XI.

Clausula VII. Edicti probatur.

SED è tam lata materia iam iam pedem efferentes ad literam regrediamur edicti, quæ sic in reliquum procedit: *Y siendo assi (como queda dicho de la doctrina de San Pablo) que la naturaleza dio à las mugeres los cabellos para su ornato, con todo esso el mismo Sancto Apostol les probibe enrizarselos, y nuestro Padre San Pedro tambien les probibe q̃ los traigan descubiertos por ornato exterior; quanto mas abominarian, y reprehenderian ambos el abuso, que con horror estamos viendo en los hombres deste tiempo?*

Iam incipiunt nostri edicti argumenta de minori ad maius, quæ in iure valida sunt, & receptissima, [A] maximè si affirmatiuè concipiantur secundum Iuristas. [B] Et primum argumentum nobis Concilium Coloniense [C] in hunc modum formauit: *Beatissimus Paulus* [D] *modestiam habitus etiã in mulieribus desiderat; quem vult verecundum esse, non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veste preciosa, sed quod decet mulieres promittentes pietatem per opera bona. Itidem Apostolus Petrus* [E] *eas commendat, quarum non sit extrinsecus capillatura, aut circundatio auri, aut indumenti vestimentorum cultus; sed qui absconditus est cordis homo in incorruptibilitate quieti, & modesti spiritus, qui est in conspectu Dei locuples.*

A
Auth. multo magis, C. de Sacros. Eccles. Clem. 1. de reliq. & ven. Sanct.

B
Doctores quos citat Barbos. loco 23 nu. 4. & 2.

C
Conc. Colon. anno 1536. p. 2. c. 26.

D
1. Tim. 2. v. 9.

E
1. Petr. 3. v. 3.

ples. Turpis ergo putanda est (concludimus modo) in viris deformissima, ac frequentissima nostræ tempestatis comarum gestatio, quam ne inferiori quidem vasculo Apostolorum Principes permiserunt maximè cum & ipsa natura doceat, quod via quidem, si comam nutriat, teste Paulo, [F] ea ignominia est illi, quam iam supra satis probauimus. [G]

F *1. Cor. 11. v. 14.*

G *Supra c. 9. & Fusius Solorzanus de Indiarum Gubern. lib. 1. c. 24. a n. 37.*

CAP. XII.

Clausula VIII. Edicti, & eius probatio.

PRogreditur vlterius, insurgitq; fortius eadem arguédi ratio in nostro edicto per hæc verba. *Y si esto* (conuiene a saber el adornarse las mugeres enrizádo los cabellos, y trayendolos descubiertos, y mucho mas en los varones) *es tan abominable en los seglares quanto mas deue tenerse por execrable en los Ecclesiasticos, a quien encumbrò Dios en lo alto de su Iglesia paraq̃ cõ su honesta compostura, y modesta honestidad den a los demas quãdo los mirã, regla cierta de vida, y direcciõ de sus acciones.*

Prosequitur etiam idem Conciliũ [A] eandé arguendi rationem, & ex eisdem præmissis, quæ ab ipso Concilio supra transcripsimus, concludit dicens: *Pudet itaq; nos cum videmus prodire Clericos perinde atq; sæculi milites amictos, vel qui sint. vt fœmina compti.*

A *Conc. Col. vbi sup.*

Et pro intelligentia dictorum recurrendum est ad illud notũ iuris principiũ, [B] *quod duo*

B *duo sunt 12. q. 1.*

duo sunt genera Christianorum. Est autem vnũ genus quod mancipatum Diuino officio, & dedi-tum contemplationi, & orationi ab omni strepi-tu temporalium cessare conuenit, vt sunt Clerici, & Deo deuoti, videlicet conuersi. Aliud vero ge-nus est Christianorũ, vt sunt laici. His licet pro temporalia possidere, his concessum est vxorẽ duce-re, terram colere &c. Et quod Clerici, & Religiosi sunt, & dicuntur vnus populus, quatenus Clericatus discernitur a laicatu, [C] & quod Clericatus inducit status mutationẽ, [D] & habet dignitatẽ, & honorẽ, quoniã de dignitate minore ad maiorem fit electio, [E] & ascendere dicitur ad dignitates, non descendere. [F] Et ideo in materia stricta Clerici nõ veniunt sub appellatione populi, [G] quia nõ sunt priuatæ personæ, sed publicæ. *Omnium enim interst, vt sint Sacerdotes, per quos a Deo veniam petamus peccatorũ,* [H] *Et eorũ prærogatiua nõ tantũ honori personarũ, sed & maiestati Dei indulgetur, cuius sacris eos vacare oportet.* [I] Vnde vocantur Clerici, idest, sorte electi, eos enim Deus in suos elegit, [L] Cleros enim Græcè, sors Latinè pars, vel hæreditas dicitur, quia de sorte Domini sunt, vel quia Dominũ partẽ habent, seu ipse Dominus est pars, vel sors, vel hæreditas eorum, sicut de eis scriptum est, dicente Domino ad Aaron [M] *Ego pars, & hæreditas tua in medio filiorũ Israel.* Et alibi: [N] *Non habebunt Sacerdotes, & Leuitæ partẽ, & hæreditatẽ cũ reliquo Israel. Dominus enim ipse est hæreditas eorũ.* Et ex hac honoris in Deum relatione bene ipse ad eos dixisse in-

C *Gloss. ordin. in Amos. 2. verbo super tribus sceleribus filiorum Amor.*

D *Tuschus lit. C. conclus. 396. n. 1.*

E *Gloss. in l. 3. C. de dignit. lib.*

F *l. nulli, & ibi glos. verbo nulla C. de numerarijs lib. 12.*

G *Panorm. in c. 1. de vita, & hon. cler. facit c. dilecti de foro cõpet. not. Bart. in l. 1. ff. ad municip. Armilla in sũma verbo Clericus n. 3. glosa 1. in l. 1. tit. 10. p. 2. glosa verbo dignitas in c. deniq; 4. dist. argum. c. repriuntur 1. q. 1.*

H *l. 1. §. huius ff. de inst. & iure, & ibi glosa verbo sacris.*

I *l. non distinguemus §. Sacerdotio ff. de receptis arbitris.*

L *d. c. duo 12. q. 1. c. cleros 21. dist. c. clericus 12. q. 1. Rabanus de inst. cler. lib. 1. c. 2.* M *Nũ. 18. v. 20.* N *Deut. 18. v. 1. & 2.*

O
Zachar. 2. v. 8. & ibi glosa ordin.

P
Matth. 5. v. 14.

Q
Conc. Trid. sess. 22. c. 1. de reform.

intelligitur: [O] *Qui tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei.* Ac si diceret: Qui tangit vos sic est, quasi vexare intendat pupillam oculi mei, vt illum priuet luce; quia vos estis lux mundi. [P] Vnde Patres in Concilio Tridentino dixerunt. [Q] *Nihil esse quod magis alios ad pietatem, ac Dei cultum assidue instruat, quam eorum vita, & exemplum, qui se diuino ministerio dedicarunt. Cum enim à rebus sæculi, in altiorem sublati locum conspiciantur, in eos tanquam in speculum reliqui oculos conijciunt, ex ijsq; sumunt quod imitentur. Quapropter, sic decet omnino Clericos in sortem Domini vocatos vitam, moresque suos omnes componere, vt habitu, gestu, incessu, sermone, alijsq; omnibus rebus, nihil, nisi graue, moderatum ac religione plenum præseferant.*

c. statuimus & c. deniq; 4. dist. glosa in c. seculares de cõsecrat. dist.

S
c. Beatus, iuncta glosa in verbo. rogabat. 6. q. 1.

T
c. qualis 8. q. 1. c. fin. 41. dist. c. bis igitur 23. dist.

Igitur quanto loco, & dignitate Clerici præeunt ijs qui sunt in laicali ordine constituti, tanto magis eos religione, & obseruantia præcellere debent, [R] & Princeps Apostolorum præcipiebat Clericorum vitam superiorem, sanctioremq; ac discretam esse à sæcularibus, & laicis, [S] adeo vt ipsis sit in exemplum cuiuscumq; ordinis Clericus. Sed quia specialiter omnes Clerici professionem suam, & habitu, & incessu probare debent, [T] ideo subijcitur in nostro edicto sequens clausula.

***

CAP.

CAP. XIII.

Clauſ. IX. Edicti, & eius probatio.

PERO por el contrario con juſto ſentimiento nueſtro, y horror de los ojos biē affectos a la piedad, auemos viſto que eſte deteſtable abuſo de los ſeculares en criar, y traer cabelleras, guedexas, y mechones, ſe ha paſſado al eſtado Eccleſiaſtico, contra lo diſpueſto, y grauemente prohibido por diuerſos Sagrados Canones, y Concilios.

Contenta in his duobus edicti noſtri capitibus expreſsè, & eleganter ex eiſdem rationibus probat in primis S. Anicetus Papa, & martyr [A] anno 167. *Prohibite* (inquit) *fratres per vniuerſas regionum veſtrarum Eccleſias, vt clerici, qui laicis, & ſimplicibus virtutis, honeſtatis, pudicitiæ, & grauitatis exēplar eſſe debent, ac ſe ipſos tanquam ſignum purioris vitæ rudioribus, ad imitationem prudenter exhibere, iuxta Apoſtolum, comam non nutriant, ſed deſuper caput in modum ſpheræ radant. Quia ſicut diſcreti debent eſſe in conuerſatione, ita & in tonſura, & in omni habitu diſcreti debent apparere. Hæc vobis fratres, vt petiſtis, cuſtodiēda remittimus, & cuſtodire præcipimus.*

A *S. Anicetus Papa epiſt. ad* Galliæ *Epiſcop. c. 4. & refertur ſummatim in c.* probibete *23. diſt.*

Ex his ergo finalibus verbis infertur, primo non nobis vnquam fuiſſe, neq; modo eſſe liberum Clericorum comas, quaſi clauſis oculis præterire, ſeu conniuere; ſed Apoſtolico nos potiùs vrgeri præcepto, vt eas prohibeamus.

Se-

Secundo notandum est in illis verbis: secundum Apostolum, quod Sanctus Anicetus aperte confirmat Apostolica traditione, ac constitutione, deriuatum esse in Ecclesiã, ne Clerici comam nutriant, & rectè: Nam quæ per vniuersalem Ecclesiam toto orbe terrarum recepta ab Apostolorum temporibus vsu frequentata leguntur, ea ab Apostolis ipsis profecta, & constituta esse rectè creduntur. [B]

Post verò anno 398. in Concilio, 4. Carthaginensi [C] statutum est, *vt Clericus nec comam nutriat, nec barbam.* Qui canon esse videtur propter Euchaitarũ, & Messalianorũ hæreticorum sectarios, qui manibus operãdum esse negantes intonsi prolixam comam, & barbam alebant, muliebremque comam circumferentes vagari consueuerunt, teste Sancto Epiphanio, [D] & etiam Sancto Augustino, [E] qui eos facete depingens inter alia ita interrogat: *Hoc quò pertinet, quæso, tam apertè contra præcepta Apostoli comari? an ita vacandum est, vt nec tonsores operentur? an quia Euangelicas volucres* (nempe animalia Ezechielis) *imitari se dicunt, quasi depilari timent, ne volare non possint? vereor in hoc vitio plura dicere propter crinitos quosdam fratres.*

Deinde anno 506. in Concilio Agathensi fuit constitutum, [F] *vt Clerici qui comam nutriunt, ab Archidiacono, etiam si noluerint, inuiti tondeantur.*

Et anno 572, fuit conditus Canon Orientalis dicens: [G] *Non oportet Clericos comã nu-*

B *Secundum regul. S. August. epist. 118. ad Ianuarium, & vide Baroniũ ann. 58. an. 122. cũ seq. Belarmin. lib. 2. de monach. c. 40. Binium in notis ad d. epist.* S. *Aniceti.*

C Concil. *Carthag.* 4 *c.* 44. *& refertur in c. clericus, el 1. de vita, & honest. cler.*

D S. *Epiphan. hæresi* 80.

E S. *August. de opere monach. c.* 31.

F Concil. *Agathense, c.* 20. *& refertur in c. clerici* 23. *dist.*

G Canones *Orientales c.* 66. *& refertur in c. non liceat el* 2. 23. *dist.*

trire, & sic ministrare, sed attonso capite patentibus auribus.

Et anno 633. in Concilio Toletano [H] de hac re Patres statuerunt dicentes: *Omnes Clerici, vel lectores, sicut Leuitæ, & Sacerdotes detonso superius toto capite inferius solam circuli coronam relinquant: Non sicut hucusq; in Galliciæ partibus facere lectores videntur, qui prolixis, vt laici, comis in solo capitis apice modicũ circulum tondent. Ritus enim iste in Hispania hucusq; hæreticorum fuit. Vnde oportet, vt pro amputando Ecclesiæ scandalo hoc signum dedecoris auferatur, & vna sit tonsura, vel habitus, sicut totius Hispaniæ est vsus. Qui autem hoc non custodierit, fidei Catholicæ reus erit.*

Et anno 721. Gregorius Papa 2. in Concilio Romano [I] dixit: *Siquis Clericus relaxauerit comam, anathema sit; & responderunt omnes tertio: Anathema sit.*

Et anno 743. Zacharias Papa in Concilio Romano decreuit; [L] *vt nullus Clericus, aut monachus comam laxare præsumat, qui præsumpserit, anathema sit.*

Et anno 847. in Concilio Moguntino [M] dictum fuit. *In decretis Gregorij Papæ scriptum est: siquis ex Clericis relaxauerit comam, anathema. Vnde sancimus, vt huiusmodi coerceantur ad pristinum statum reuerti.*

Et anno 1175. Concilium Londoniense [N] innotauit suprascriptum Concilij Agathensis decretum.

Et anno 1180. Concilium vniuersale Lateranense [O] idem innotauit adijciens, quod

H Concil. Toletan. 4 c. 40. alias 41.

I Conciliũ Romanũ sub Greg. 1. c. 17.

L Conc. Romanũ sub Zacharia Papa c. 8

M Concil. Moguntin. c. 15.

N Concil. Londonien. sub Alex. 3. c. clerici, qui comam.

O Conc. Lateran. sub eodem Alex. p. 17. c. 4. & refertur in c. clericis, de vita, & honest. cleric.

quod si quis contraire præsumpserit, & commonitus emendari noluerit, excommunicationi subiaceat.

H

P Concil. Oxoniens. sub Honorio 3. in tit. ne clerici comã nutriant.

Et anno 1222. Concilium Oxonienſe P ſtatuit, *vt omnes Clerici comam non nutriant, ſed honeſtè tonſi, & coronati incedant.*

Et anno 1274. Concilium Salisburgenſe Q edicto perpetuo prohibuit, *ne Clerici comam nutriant, maximè Sacerdotes, qui taliter tondeantur, vt pateant eis aures. Cæteri inferioris Ordinis clerici in tonſura non multum diſcrepent ab eiſdem coronam, & deſuper congruentem habeant.*

Q Concil. Salisburgenſe ſub Gregor. 10. c. edicto.

Et anno 1528. in Concilio Senonenſi R idem præcipitur.

R Conc. Senonenſ. ſub Clement. 7. in decretis morum c. 24. §. ipſi.

Et anno 1565. in Concilio Mediolanenſi, S *vt Clerici comam, & barbam ne ſtudioſe nutriant, capillis ſimplicem cultum adhibeant.* Et alia plura moderna Concilia omittimus.

S Concil. Mediolenſ. 1. tit. de cleric. veſtit. §. comam.

CAP. XIV.

Clauſula X. Edicti probatur.

SED adeò comarum abuſus excreuit, vt non ſolum inter viros, & fœminas, inter mimos, duceſq; inter ſcorta, & matronas prope iam nil interſit aſpectu, vt ſupra diximus: ſed inuenimus neq; inter perſonas diuino cultui ſacratas, & alias viles, populareſq; nihil, aut parum eſſe diſcriminis quoad habitum, maximè comis deferendum, ita

vt

vt in nostro edicto summo cum animi dolore fateri coacti sumus. *Ser esto de tal manera que justamente nos podemos lamentar con los Profetas Isaias, y Oseas, de que aya llegado tiempo en que se puede dezir ser tal el Sacerdocio, como el pueblo.* Quod nō solum deplorare, sed formidare, & cauere debemus, ne sit indicium vltionis extremæ. Isaias enim denuntians mala, quæ Dominus propter peccata facturus est vniuerso orbi, & quàm terribilis erit dies diuini iudicij, ait: [A] quod tunc *erit sicut populus, sic Sacerdos*. Sed specialius Dominus per Osseam minatur se puniturum indifferenter populi, & Ecclesiasticorum peccata, dicens: [B] *Et erit sicut populus, sic Sacerdos*, idest, quia æqualiter peccauerunt, æqualiter punientur. [C] Cuius supplicij in textu Sacro sunt non contemnenda monimenta. Nàm sicut perditionis auctor diabolus serpentis effigiem ementitus, vt Euam seduceret, exinde graui maledicto à Deo percussus fuit; [D] ita alij quoq; proprium mutantes habitum à Deo grauiter sunt puniti. Sit primum exemplum in primis Parentibus, qui sicut in statu innocentiæ nudi erant, [E] quia non opus erat illis velamen duplicitatis, [F] sed eis satis erat simplicitas, candorq; animi; ita statim vbi peccauerunt, consuerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata, [G] idest, operimenta mendacij, [H] & habitus huiusmodi mutationem statim Dei iudicium prosequutum est, vnde mortis sententia in parentes nostros pronuntiata [I] ad nos pertransijt. [L] Secundum exemplum sit

A *Isa. 24. v. 2.*
B *Oseæ 4. v. 3.*
C *Glosa interlinearis ibid.*
D *Gen. 3. v. 1. & 14.*
E *Gen. 2. v. 25.*
F *Glosa interlin. ib.*
G *Gen. 3. v. 8.*
H *Glos. inter lin. ibi.*
I *Gen. 3. v. 17.*
L *Rom. 5. v. 12.*

M Gen.38.v.14. Thamar, quæ mutato habitu in biuio expoſita infamiæ pœnas incurrit. [M] Tertium Saul, qui dum mutato habitu Pythoniſſam
N 3.Reg.28.v.12. conſulendam adijt, interitum ſibi in proximo futurum audiuit. [N] Quartum ſit vxor Ieroboam, quæ ex præcepto viri habitum mutauit, vt Ahiam prophetam conſuleret pro filio ægrotante, & durum accepit reſponſum, & inter alia quod in ipſo introitu pedum eius in vrbem puer eſſet moriturus.
O 3.Reg.22.v.34. [O] Quintum exemplum eſt in Achab, qui mutauit habitum ſuum, & ita bellum ingreſſus perijt ſagitta vulneratus.

Et non ſolum mutantes habitum, ſed etiã criniti, & in fœminas mutati diuina vltione puniendi ſunt, ſecundum Diui Hieronymi
P S.Hieron. in Soph. 1. verbo diſperierunt. ſententiam: [P] *Neq; enim (inquit) æſtimandũ eſt, eos ſolos perijſſe, qui argento erecti ſunt, ſed iuxta hanc definitionem peribit, & ille, qui in fœmineo languore molitus comam nutrit, vellit pillos, cutem polit, & ad ſpeculum comitur, quæ propriè paſſio, & inſania fœminarum eſt.* Quæ maximi Doctoris ſententia expreſsè confirmari videtur illis verbis Domini per Ieremiam
Q Ierem.49.v.32. [Q] dicentis: *Diſpergam in omnem ventũ qui ſunt attonſi in comam.* Vbi notandum venit, quod cũ in eo quis puniatur, in quo deliquit,
R l.ex facto §.Iulius ff. de vulg. [R] hæc qualitas ſupplicij diuini ſatis oſtendit delictum comatorum ex vanitate, leuitate, & inconſtantia ipſorum procedere. Cuius rei primũ ſit exemplũ Abſalon filius Dauid qui quando tondebat capillos, quia grauabat eũ cæſaries, illos põderabat ducẽtis ſiclis.
S 2.Reg.14.v.26. [S] Poſt vero ipſa cæſaries eius proprij

prij interitus instrumentũ extitit. [T] Capilli enim (vt notat Sãctus Chrysostomus [V]) quos tanti fecit, ad lignum eum alligauerunt, & brutũ animal eum tradidit, & pro fune quidẽ coma, pro ligno autem arbor extitit, pro mi-lite autem adduxit eum mulus.

Sit vero secundum exemplũ Holofernes Princeps militiæ Assyriorũ, qui erat comatus, & in manu Iudith interijt, [X] cuius interitus circunstantiam Sanctus Augustinus [Y] ad institutum nostrũ perpendit dicens: *Bellatoris crines Iudith implicuit pulchritudine digitorũ, coruscus ensis caput abstulit, hosti persoluitur.*

T *2. Reg. 18. a v. 9. vsq; ad 15.*

V *S. Chrysost. apud glos. ordin. ibi.*

X *Iudith. 13. v. 8.*

Y *S. August. sermon. 229. de tempore.*

CAP. XV.

Clausula XI. Edicti probatur.

SED quia non tam quo ad habitus formã, quam quoad morum probitatem discerni Clericos à popularibus oportet secundum illud Sancti Cælestini Papæ 1. [A] *Discernendi à plebe, vel cæteris sumus doctrina, non veste; conuersatione non habitu;* Ideo maiorẽ nostri doloris intensionẽ demonstrauimus in edicto dicentes: *Pues de tan desconcertada semejanza* (in eo scilicet consistens, quod sit sicut populus sic Sacerdos) *es forzoso el seguirse que si los Ecclesiasticos imitan la profanidad de los seculares tan agena de la dignidad varonil, no aura entre los vnos, y los otros aquella grande diferencia que deue auer de*

A *S. Cælestinus Papa 1. epist. 2. ad Episcopos Galliæ c. 1.*

costumbres mas auentajadas en los Ecclesiasticos, conforme a la excelencia de su dignidad, y estado superior a el de los seglares. De huiusmodi status, & morum differencia, in qua Clerici laicis præcellunt, seu debent præcellere, pauca, sed satis supra diximus. [B]

B Supra c. 12.

CAP. XVI.

Clausula XII. Edicti probatur: sequitur ergo tenor edicti.

A*Ntes serà mas abominable su vida* (conuiene a saber de los Clerigos, que en traer guedexas, mechones, y melenas se hizieren semejantes à los legos) *representada muy viuamente en aquellas langostas, que refiere San Iuan en el Apocalipsi auer visto que salian de entre el humo del pozo del abismo, y que eran semejantes a vnos cauallos, y sus rostros erã como de hombres, y tenian cabellos como cabellos de mugeres, y sobre sus cabeças vnas como coronas semejantes a el oro.*

A Apoc. 9. v. 1.

In Apocalipsi narratur, [A] *cecidisse de cælo in terram stellam, quæ aperuit puteum abyssi, & de fumo putei ascendente exierunt locustæ lædentes tantum homines, qui non habent signum Dei in frontibus suis. Et similitudines locustarum huiusmodi similes erant equis paratis in præliũ, & super capita earum tanquam coronæ similes auro, & facies earum tanquam facies hominum, & habebant capillos, sicut capillos mulierum.* Diximus in edicto, per locustas istas Cleri-

cos

cos comatos significari; & rectè quidem secundum Ricardum, [B] quia ad instar locustarum ad alta saliunt, vel ascendere gestiunt per Ecclesiastici gradus elationem, & ad terram recidunt per temporalium cupiditaté. Et secundum mentem Aymonis, [C] sicut locustæ neq; rectos gressus habent, vt quædam alia animalia, neq; volatum rectum, vt aues; ita comati, neq; recte operationis viam ambulant, neq; fidem viuam, aut contemplationem practiçam, vt volent, & cælestia cum sanctis appetant. Sed lædunt homines, eos tantum, qui non habent signum Dei in frontibus suis; quia secundũ mentem glossæ moralis [D] non solent huiusmodi locustæ, seu viri comati nocere nisi ijs, qui non sunt firmi in fide formata charitate ad confitendum constanter Christum opere, & sermone.

B *Ricardus ibi, & apud glos. ordin. ibi*

C *Aymo ibi, & apud glos. ordin. ibi.*

D *Glosa moralis ibid.*

CAP. XVII.

Clausula XIII. Edicti, & eius probatio.

INterpretis autem officium assumentes asseruimus in edicto id fuisse: *Siendo assi q̃ en realid d de verdad nada desto* (conuiene à saber de lo que parecian) *eran aquellas langostas sino vn retrato de la liuiandad, y dissolucion destos tiempos, en que la exterior, y afectada aparienvia de algunos, injuriosa a la dignidad de nuestra naturaleza, intenta desmentir al ser in-*

interior que verdaderamente tenemos. Et quoad primam partem assertionis non esse veras locustas, de quibus agitur in Sacro textu satis ex verbis ipsius constat. Non enim dicit eas similes esse equis, &c. quod si dixisset adhuc nota improprietatis in ipsa similitudinis proprietate maneret: simile enim id dicitur quod, & si in pluribus conueniat, aliquam, vel aliquas habet differentias.[A] Verum ad maiorem improprietatis expesioné dixit: *Similitudines locustarum similes erant equis &c.* & coronas ipsarum non simpliciter coronas, sed *tanquam coronas* appellat; hæc enim dictio, *tanquam*, & si aliquando similitudinem, & veritatis expresioné importet, regulariter tamen improprietatem, & fictionem denotat.[B] Addit etiam textus, *locustarum coronas similes esse auro, facies autem non veras facies, sed tanquam facies hominum, capillosq; non proprios, sed tanquam mulierum,* quæ omnia figuratam esse locutioné declarant. Vnde nobis ad crinitos eius significationem conuertere licuit, vt ex subsequentibus probare intendimus, sequitur enim in edicto.

A *Probant iura, & Doctores per Barbosam axiomate 208. nu. 1.*

B *Iuxta iura, & Doctores per Barbosã dictione 402. nu. 1. & 2. & 3.*

CAP. XVIII.

Clausula XIV. Edicti, & eius probatio.

Y *parece auerse representado* (conuiene a saber las langostas) *que subian de entre el bu-*

humo de aquel pozo infernal, porque del infierno mas que de otra parte pudo, o deuio de tener su origen vna liuiandad tan detestable, y ofensiua para los ojos de los que miran las cosas con la atēcion debida. Mutatio enim proprij aspectus diabolum putei infernalis incolam habet auctorem; is enim hoc fecit in principio, quando vt Euam seduceret, effigiem serpentis sibi mentitus est. A Fumum autem in ea significatione hic accipimus, vt sit prauorū doctrina, quæ bene fumo comparatur; quia licèt lumine veritatis careat, sanctis tamen in Scriptura Sacra lumen præbet; prauis autem cæcitatem infundit, ita vt per peruersitatis eorum exempla lumen rectæ operationis alijs obscurent, de quibus supra diximus: An vero tam vigiles magistri, an tam dociles discipuli plus odij mereantur in dubio est. In nobis autem hic fumus lachrymas excitat compassiuas videntibus huiusmodi crinitos fumum, hoc est, amaritudinem, & cæcitatem in mente habere, non tantum quia tepidi sunt, quia remissi sunt, sed maximè quia leues sunt, quia ordinem, & naturæ, & graduū, quantum in se est, subruunt, & perturbant. B Naturæ (inquam) quia huiusmodi viri effœminati fiunt, & quasi muliebrem habitum induunt contra legis præceptum; vnde abominabiles apud Deum declarati sunt, C & apud omnes, vt tales, haberi debent. Graduum autem, & nationum confundunt ordinem, iuxta illud Ezechielis; D *Quod cum vidisset soror eius Ooliua, pusquam illa insaniuit libidine, & fornicationem suam*

A *Gen. 3. v. 1.*

B *Ex mente S. Bernardi in serm. de ligno fœno vestito.*

C *Deut. 22. v. 5.*

D *Ezech. 23. v. 11.*

super fornicationem sororis suæ ad filios Assyriorũ præbuit impudenter Ducibus, & Magistratibus ad se venientibus indutis veste varia. Et paulo inferius: *Cumq; vidisset viros depictos in pariete, imagines Chaldeorum expressas coloribus &c. insaniuit super eos concupiscentia oculorum suorum.* Quem locũ Prophetæ in hunc sensum interpretatur Christoforus à Castro dicens: [E] *quod in hoc vitio maximè hodie sunt Hispani, qui vestibus, & cincinnijs* (vt videmus Gallorum) *delectantur.* Absit, ò Deus, omen, ne proueniat nobis Hispanis ex Gallorum, quam patimur communione, quod à gentilitate Machabæis, contigit auctore impio Iasone: [F] *Nam ciuium iura destituens praua instituta sanciebat, & ausus est sub ipsa arce gymnatium constituere, & optimos quosq; Epheborũ in lupanaribus constituere. Erat autẽ hoc nõ initiũ, sed incrementũ quoddã, & profectus gentilis, & alienigenæ conuersationis propter impij, & non Sacerdotis Iasonis nefarium, & inauditum scelus, ita vt Sacerdotes iam non circa altaris officia dediti essent, sed contempto templo, & sacrificijs neglectis festinarent participes fieri palestræ, & præuisionis eius iniustæ, & in exercitijs disci, & patrios quidem honores nihili habẽtes, Græcas glorias optimas arbitrabantur, quarum gratia periculosa eos contentio habebat, & eorum instituta æmulabantur, ac per omnia his consimiles esse cupiebant, quos hostes, & peremptores habuerant. In leges enim diuinas impie agere impune non cedit, sed hoc tempus sequens declarabit.* Attendite, quæso, o Hispani, sacra signate verba, notate mysteria ad dolorem, & execrationẽ præsentis temporis, & ad formidationem futuri.

E Pater Christophorus à Castro in Soph. 1. nu. 17.

F 2. Mach. 4. a v. 11

Cap.

CAP. XIX.

Clausula XV. Edicti, & eius probatio.

PRosequitur ergo interpretatio in nostro edicto dicens: *Y salieron en figura de langostas por el mal empleo del pan que comen los autores, y sequaces deste vil vso, por ser como son de ordinario gente ociosa, que se sustenta de lo que no han trabajado, como lo hazen las langostas.* Quatuor esse locustarum species latè probat Castro. [A] Prima Hæbreis vocatur Gaza, quæ durioribus dentibus valet, ita vt arbores etiam corrodere possit; & nō solum frugibus solet nocere. Secunda species Hæbreis dicitur Arbeli, quasi Latinè insidiatrix sit, eo quòd radicibus, & calamis ipsis maximè insidietur, vt noceat. Tertia vero species Hæbraice dicitur Ielek; quod Latinè est lambere, eo quod eculeo tanquam lingua herbas, & fruges lambat. Denique species quarta locustarum Hæbraicè Hasil appellatur à verbo Hasal, quod est exscindere, vel consumere, quasi depascere, & consumere; quia nō solum obuias quasq; præscindit plātas, sed deuorat, absumit, & exedit. In omni ergo sensu locustæ congruit voracitas in omne vtile labore suo non partum. Sed nobis potius videtur hic de tertia locustarum specie significantius intelligi oportere. Etenim Diuus Hieronymus [B] eo nomine athe-

A *Christophorus de Castro in Ioel.1.v.3.*

B *S. Hier. in Naum. 3.*

athelabum significari existimat, qui est fœtus locustæ, eo quod modicis pennis potius reptans quam volans, vbicumq; oritur, vsq; ad puluerem cuncta consumit, quia donec crescant pennæ, abire non potest. Tales sunt hi homunculi abiectæ, & infimæ conditionis, nec nomine virorum digni, de quibus per Naum [C] olim sub appellatione Niniue minas prænuntiando monet. *Ecce ego ad te, dicit Dominus exercituum, & reuelabo pudenda tua in facie tua; & ostendam in gentibus nuditatem tuam, & regnis ignominiam tuam.* Quasi dicat: faciam te intelligere, quantum erraueris in execrabili comarum vsu; quo deturpasti caput tuum, impudenter faciem virilem velando; & palàm faciam notam tuã veri boni paupertatem; detegamq; in extraneis regnis ignominiam tuam, eo quod viri quidem tui comam nutrierunt. Et post plures alias minas, quasi causam reddens addit: *Ecce populus tuus mulieres in medio tui.* [D] Hoc est, nec mirum si ita tibi talia contingant, cum populus tuus ita sit effæminatus, vt resistere non valeat. *Omnes enim* (vt verbis vtar Diui Hieronymi) [E] *ita vitijs sunt eneruati, vt nihil virile habeant. Et similitudine locustarum quidquid virens videbatur, & naturæ bonum sponte germinans ab huiusmodi brucho comedente consumitur.* Quod hominum genus in nostro edicto panem male mereri rectè declaramus, secundum mentem Concilij Moguntini dicentis: [F] *quod Apostolus* [G] *victu adeoq; ipsa vita indignos iudi-*

C *Naum. 3. v. 5.*

D *Glos. interlin. ibi.*

E *S. Hireon. ibi.*

F *Conc. Mogunt. c. 72. anno 1549.*

G *2. Thes. 3. v. 10.*

cat homines ociosos, qui panem non labore suo partum cum grauamine aliorum edunt.

CAP. XX.

Clausula XVI. Edicti probatur.

VLterius dicitur in edicto. *Y el representarnos a estos* (conuiene a saber los que traen cabelleras, guedexas, y mechones) *en figura de cauallos demuestra el desfrenamiento, con que casi siempre se dexan lleuar de sus vicios, principalmẽte del de la torpeza hasta la muerte. Comæ* (secundum Sanctũ Isidorum) [A] *sunt propriè non cæsi capilli*; & secundum Calepinum, [B] *coma capillus est (teste Festo) aliqua cum cura compositus, Hispanè cabelladura.* Et metaphoricè tenera follia pullulantis rami coma significat, iuxta illud Iob: [C] *Lignũ ad odorem aquæ germinabit, & faciet comam, quasi cum primum plantatum est. Moraliter autem comam attendere dicitur,* (secundum glossam ordinariam) [D] *qui ipsam ad excitationem carnalis lasciuiæ, curiose disponit: Et barbam radit, qui virilitatem animi in fœmineam mollitiem conuertit.* Quod autem ideo equis recte comparentur, sententia est Sancti Gregorij. [E] Ait enim: *Qui carnali affectioni succũbunt, non esse homines, sed iumenta declarantur, de quibus per Ieremiam* [F] *dicitur. Vnusquisq; ad vxorem proximi sui hinniebat, & de quibus Propheta alius dicit:* [G] *vt carnes asinorum car-*

A S. *Isidorus ethym. lib. 11. c. 1.*

B *Calepinus verbo coma.*

C *Iob. 14. v. 7.*

D *Glosa ordin. in Leuit. 19. v. 27. verbo: neq; in rotundum.*

E S. *Gregor. lib. 24. moral. c. 6. & hom. 31. in Euang. & in Ps. 4. Pænitent, Verbo benigne fac.*

F *Ierem. 5. v. 8.*

G *Ezech. 23. v. 20.*

carnes eorum, & fluxus equorum fluxus eorum; & alius quoq; Propheta [H] *pronuntiat: Computruerunt iumenta in stercore suo; iumenta quippe in stercore suo computrescere* (ait idem Sanctus Gregorius) [I] *est carnales homines in fætore luxuriæ vitam finire.*

H Ioel. 1. v. 17.

I S. Greg. vbi supra.

CAP. XXI.

Clausula XVII. Edicti, & eius probatio.

PRocedit vlterius nostra interpretatio in edicto dicens: *Y el tener cabellos, como cabellos de muger* (conuiene a saber los que como auemos dicho traen cabelleras, guedexas, y mechones) *es señal de la esclauitud, a que se han sujetado por auer degenerado de su dignidad varonil.* Hæc assertio probatur ex Sancto Clemente, S. Ambrosio, & S. Ioanne Chrysostomo supra citatis, & ex dictis passim in hac allegatione. [A]

A Supra c. 9.

CAP. XXII.

Clausula XVIII. Edicti explicatur.

VLtima vero clausula nostræ interpretationis in edicto sic se habet. *Y para significarnos auer llegado este daño a nuestro sagrado estado, se dize tener sobre sus cabeças como co-*

ronas de oro, porq̃ aunq̃ por la dignidad de sus Ordenes deuieran estos traer coronas de verdadera alteza superior a las demas significadas en las de oro; pues en la suerte de nuestro sagrado estado la sustancia (como dixo nuestro padre San Pedro) es el sacerdocio, y lo menos es el llamarse Real; pero en tales personas por la vileza de su proceder, sus coronas no son mas que semejantes, esto es, aparentes, porque no merecen la estimacion de las verdaderas. Catholicorum nullus ignorat coronam Clericorum insigne pium esse, & Regalis dignitatis, secundum illud ait Diuus Hieronymus. A *Inde vocantur Clerici, idest, sorte electi; omnes enim Deus in suos elegit: Hi namque sunt Reges, idest, se, & alios in virtutibus regentes, & ita in Deo regnũ habent, & designat corona in capite, quam habent ab institutione Romanæ Ecclesiæ in signũ regni, quod in Christo expectatur.* Quod regnum antea apertè monstrauerat Princeps Clericalis ordinis, & cætus Apostolici, Sacerdotium vocans Regale. B Nec non Beatus Ioannes in Apocalypsi profitetur in illis verbis: C *Fecisti nos Deo nostro regnum, & Sacerdotes, & regnabimus super terram.* Nec mirum, Clerici enim maiorem potestatem habent, quam Reges, & Imperatores, D & maiorem dignitatem, E sed hæc corona, vt recte aurea sit, & Christi regnum, quod expectamus, significet; debet esse (vt de corona Araon ait Ecclesiasticus) F *expressa signo sanctitatis, gloria honoris, opus virtutis, & desiderio oculorum ornata.* Quis tales audeat vnquam dicere coronas, quas comati Clerici gestant? ettenim in oppositum non san-

A *c. duo sunt* 12. q. 1.

B 1. *Petr.* 2. *v.* 9.

C *Apoc.* 5. *v.* 10.

D *S. Ioan. Chrysost. hom.* 60. *ad populũ Antioch.*

E *Glosa in l. fin. tit.* 6. *p.* 1.

F *Eccles.* 41. *v.* 14.

ſanctitatem; ſed execrabilitaté exprimunt: non ſunt gloria honoris; ſed deturpatio capitis, quod eſt Chriſtus; abiectio, & ignominia dignitatis, quam natura viris conceſſit, dedecus, & dehoneſtatio, oprobriumq; excellentiæ, qua ſtatus Clericalis ſuperior, ſanctiorq; ac diſcretus eſſe debet à ſæcularibus, & laicis: Non item opus virtutis; ſed (cum ex viſu cognoſci debeat vir,) potius laſciuiæ, & mollitiei, vanitatis, leuitatis, & inconſtantiæ fæmineæ erunt indubia manifeſtatio; non denique poſſunt deſiderio oculorum eſſe ornatæ huiuſmodi coronæ; quin potius fumo ſui mali exempli pupillas oculorum piorum perturbant iuxta ſupradicta. Ex quibus omnibus liquet ratio impropriẹtatis, qua huiuſmodi coronæ notantur, vt ſupra dictum eſt.

CAP. XXIII.

Clauſula XIX. Edicti, & eius probatio.

POR *todo lo qual* (diximus in edicto) *y por otras conſideraciones deſſeando por lo que nos toca poner remedio conueniente en negocio tan graue, y occurrir à los daños que de ſemejantes deſordenes ſe puaden recreſcer al ſeruicio de Dios, y para deſcargo de nueſtra conſciencia, auemos publicado antes de aora otras cartas de edicto en eſta razon con diuerſas penas.*

Præ-

Præter rationes expressas, quibus ducti sumus ad huiusmodi edictum iugiter promulgandum ab ipso nostri Pontificatus initio per quinque sequentes annos, vsque ad huius nouissimi edicti datam; mouerat, mouitq; nos alia ratio, adhortandi scilicet ex indirecto etiam laicos ad comarum abusum in se ipsis detestandum. Quia nostri Pastoralis officij cura est gregem vniuersum tam Clericalis, quam laicalis status nobis desuper commissum ad interiora minare deserti, scilicet ad Deum per conferentia pascua deducẽdo. Et veriti ne in nouissimo districtionis die nobis sit oneri ad damnationẽ, quod in Naum legimus à Domino prænuntiatum: A *Ecce populus tuus mulieres in medio tui.* Et paulo inferius: B *Dormitauerũt pastores.* Ideo oblata, quam supra diximus temporis congruentis occasione edictum prædictũ, quoad infrascripta solummodo decreta innouauimus rationibus quibusdam, vt supra, amplificatum,

A *Naum.3.v.13.*

B *Naum.3.v.18.*

CAP. XXIV.

Clausula XX. Edicti, & eius probatio.

Y *Aunque en los Clerigos de Orden Sacro hallamos auer auido alguna reformacion; con todo esso en muchos Clerigos de menores Ordenes, y en otras personas, que no siendo Clerigos traen el habito Ecclesiastico no han bastado el temor de las*

 penas

penas, y censuras que les auemos puesto para que dexen de profanar el habito de nuestra Sagrada Religion. Quod cum in facto consistat, non indiget iuris probatione.

CAP. XXV.

Clausula XXI. Edicti, & eius probatio, & redditur ratio cur in ea maior pœna minoribus, & minor maioribus imponatur.

POR *tanto continuando el poner remedio conforme a el estado en que juzgamos estar al presente esta causa, mandamos que ningun Clerigo de menores ordenes desta ciudad, y nuestro Arçobispado traiga cabellera, guedexas, copete, ni mechones ni el cabello partido, (como dizen) en crencha; sino que todos anden en quanto a lo dicho con la modestia, trage, y compostura conueniente a nuestro estado, lo qual cumplan todos, y cada vno dellos en virtud de Santa Obediencia, y los Presbyteros so pena de excommunion mayor, y con apercebimiento de que los suspenderemos del exercicio de sus Ordenes por el tiempo que nos pareciere conueniente: y los Diaconos, y Subdiaconos de baxo de la misma pena de excommunion mayor, y de diez dias de carcel, y con apercebimiento que les hazemos de que no seran promouidos a mayores Ordenes, tratandolos por esta causa por indignos dellas, no solamente porque ellos mismos imitando el trage mugeril con su mismo he-*

cho

esto muestran querer ser tenidos por mugeres, y por ello deuen ser tratados como tales, y assi por incapaces de Ordenes Ecclesiasticas; sino tambien porque en profanar nuestro sagrado habito, y en contrauenir a tan sanctos decretos del derecho Canonico, y Concilios, y a los mandatos, que en su conformidad auemos publicado su culpa merece tal pena: pues que en quanto a este effecto el Papa S. Esteuan declara por infames a los que menosprecian los estatutos de la Iglesia, o q̃ de su voluntad quebrantan los de los Apostoles, y de sus successores, y de los demas Padres della, o que son inobedientes a los decretos de los Sanctos segũ està expressamente dispuesto en el cuerpo del derecho. Y en quanto a los Clerigos de menores Ordenes debaxo de la misma pena, y del mesmo apercebimiento, y de la carceleria doblada.

Hæc nostra in Clericis prohibitio comarum iam satis probata est ex Sanctorum Patrum, iuris communis, & Conciliorum supra adductis auctoritatibus, & rationibus. A Sed forte quis argutè dicet: Cur Præsbyteris non grauis pæna imponitur; Diaconis autem, & Subdiaconis grauior, quam Presbyteris; & constitutis in minoribus Ordinibus grauior, quàm in sacris, & carceratio aggrauatur? Etenim secundum ius in eo, quo maior est dignitas, grauior debet exerceri vindicta. B Cui obiectioni respondemus, quod quædam peccata grauius puniũtur, non solum propter eorum maiorem grauitatem, sed propter peccantium pronitatem reprimendam, iuxta illud Domini: C *Qui percuserit hominem volens occidere, morte*

A *a c. 9. vsq; ad c. 17.*

B *c. excomunicamus §. credentes, & ibi glosa verbo grauior de hæret. c. accusatus §. Sacerdotes, & §. religiosi, & ibi glosa verbo delinquentis, & verbo sæculares eodem tit. in 6.*

C Exodi 21. v. 12.

moriatur. Et hoc eſt, ne ad illa peccata nimis homines ſe laxent, iuxta illud etiam Domini: D *Vt audientes cæteri timorem habeant, & nequaquam talia audeant facere*. Cum ergo nobis in corde ſit non pœnis (niſi cum neceſſitas cogat, ſubditos affligere) conſiderantes etiam quod Præsbyteri, vt cordatiores, non adeo frequenter, vt iuniores in hoc comarum vitium deffluunt, & quod excommunicatio latæ ſententiæ nimis illis periculoſa eſt ad irregularitatem, ſi celebrauerint, incurrendam; ideo cum illis mitius egimus: cum iunioribus autem non ita; iudicantes hoc neceſſarium eſſe ad maiorem horũ procliuitatem in id vitij genus reprimendam.

D *Deut. 19. v. 20.*

CAP. XXVI.

Redditur ratio quare comati non debeant promoueri.

ADmonemus autem minores taliter delinquentes, quod propterea ad vlteriores ordinum gradus non aſcendent ex duplici ratione in edicto aſſignata. Et ea prima eſt, quia tales iudicari debent à nobis intus ad promotionem; quales ſe foris exhibuerint in habitu ad Eccleſiæ decorem, & populi ædificationem: Ex viſu vir, & ab occurſu faciei cognoſcitur ſenſatus, & amictus corporis, & riſus dentium, & ingreſſus hominis annuntiant de illo, vt ſupra cum alijs ſen-

ſentētijs latiùs cumulatis diximus; [A] Quod ſi huiuſmodi effæminatos promoueremus, iuſta contra nos eſſet Beati Papæ Gelaſij obiurgatio: [B] *Impatienter* (inquit) *audimus tantum diuinarum rerum ſubiiſſe deſpectum, vt fœminæ ſacris altaribus miniſtrare ferantur, & cuncta, quæ non niſi virorum famulatui deputata ſunt, ſexum, cui non competit, exhibere, viſo, quod huius noxa omnis, & crimen eos reſpicit Sacerdotes, qui vel iſta committunt, vel cōmittentes minime publicando prauis exceſſibus ſe fauere ſignificent: Si tamen Sacerdotum iam ſint vocabulo nuncupandi, qui delegatum ſibi religionis officium ſic proſternere moliuntur, vt in peruerſa quæq; profanaq; decliues ſine vllo reſpectu regulæ Chriſtianæ præcipitia funeſta ſectētur.* Et paulo inferius. *Nec ambigant, qui hæc auſi ſunt exercere, ſed etiam qui hactenus cognita ſiluerunt, ſub honoris proprij ſe iacere diſpendio, ſi non quanta poſſint celeritate feſtinent, vt lethalia vulnera competenti medicatione curentur. Quo enim more teneant iura Pontificum, qui Pontificalibus excubijs eatenus iniuncta diſsimulant, vt contraria domui Dei, cui preſident, potiùs operentur.*

A
Supra c.10. ad medium.

B
S.Gelaſius Papa 1. epiſt.9. ad Epiſcopos Lucaniæ §. nihilominus.

Nec mirum ſi prædicta, quæ de fœminis loquuntur, nos de huiuſmodi viris effœminatis accipiamus, magis enim his conuenire, & adaptari videntur ad repellēdum eos, ne ad altaris miniſterium accedant, quos tā execrabilis ignominia maculat ſeſe infœmineas figuras ſponte, & turpiter tranformantes; quia fœminæ non pari (vt ita dicamus) modo ab altari arcendæ videntur, quia natura

tura dedit, non culpa intulit eis comas pro uelamine habere, & tamen hæ sine culpa incapaces Ordinis sunt. C Ergo incapaciores sunt habendi viri, qui se tam culpabiliter fœminas efficiunt. Item in huius criminis detestationem Sanctus Godefridus Ambianensis Episcopus in Natali Christi Domini die, omnium oblationes, & dona reiecit, qui instar muliercularũ intonsa, & crispata erant coma, quo facto permoti, & cognita Antistitis auctoritate, certatim sibi capillos abscindebant se miseros existimantes, quod tanti viri benedictione priuarentur. D Nunquid quos tantus Præsul ob comarum gestationem ab oblationibus temporalibus repellebat; nos dignos possumus iudicare, qui ad sacros Ordines, & ad reuerenter tremendum Missæ sacrificium celebrandum assumi valeant? Immo nec Christianorum quidem nomine digni sunt, vt in S. Sebastiani actis de Torquato se Christianum esse mentiente dixit Sanctus Tiburtius iudicem Fabianũ allocutus his verbis: E *Credisne, vir illustrissime, hunc Christianũ, qui in corpore suo lenocinio moliendo capitis fimbrias admittit? qui tonsorẽ diligit? qui scapulis molliter gestit? nũquã tales pestes Christus dignatus est habere seruos suos.*

Altera admonitionis nostræ ratio est; quia infames esse declarauit S. Stephanus Papa. F omnes, qui Christianæ legis normam abijciunt; & statuta Ecclesiastica contemnunt. Et hi ad sacros gradus non debent prouehi, & ideo inter cæteras irregulares personas annumerantur in iure; G tum ex re-

C *S. Thom. 1. p. q. 39. art. 2.*

D *Ex Surio, & Molano, & Fr. Laurentio Landmeter. tradit Solorzanus de Indiarũ Guber. lib. 1. c. 24. nu. 44.*

E *tradit idem Solorzanus vbi supra n. 45.*

F *Stephanus Papa 1. epist. 1. ad Hilariũ c. 1.*

G *c. infames 6. q. 1.*

regula generali, quia infamibus portæ non debent patere dignitatum; [H] tum quia specialiter alienus debet esse à diuinis, & Pontificalibus officijs, qui non vult Apostolicis præceptis obtemperare, [I] quod manifestè faciunt comam nutrientes cõtra tot, taliaq; Summorum Pontificum Conciliorum, & iuris decreta, quæ supra retulimus. [L] Vnde non durum debet videri, si eos ad altiorem gradum ascensuros, & à nobis non promouendos dicimus.

H *c. infamibus de reg. iur. in 6. cum concordantibus.*

I *c. nulli 19. dist.*

L *Supra c. 12. & c. 13.*

CAP. XXVII.

De pernicie generali laicorum habitum Clericalem polluentium.

Y por quanto algunas personas meramente legas andan en esta Ciudad, y su Arçobispado en habito Clerical sin tener Ordenes algunas, y este genero de gente mas frequentemente que los Clerigos suelen profanar el dicho habito en el modo de traerle, y de otros delictos que cometen suele resultar tambien perjuizio a nuestro estado quando la justicia secular los vè en tal habito, les tiene respecto por entender que son Clerigos, y exẽptos de su jurisdiccion; y por otra parte nuestra justicia Ecclesiastica no procede a castigarlos por ser como son legos. De lo qual toman mayor occasion, y libertad para cometer delictos, y todo en desdoro de nuestro sagrado estado.

Hæ

Hæ ſunt rationes, quæ principaliter moucrunt animum noſtrum ad interdicendum, ne laici deferant Clericales veſtes, vt habetur in ſequenti clauſula noſtri edicti: Interim vero de huius clauſulæ iuſtificatione agamus.

Sub nomine Clericorm acephalorum Sãctiſſimus Hiſpalenſis Archiepiſcopus, & Hiſpaniarum Doctor Iſidorus A hoc genus hominum à Clericis diſcreuit, & eorum vagam vitã depinxit, & ſordidam, infamemq; numeroſitatem exiſtentem tunc Hiſpali, Hiſpaniæ atq; Europæ parte occidua deplorabat, & in hac terrarum occidentali plaga nunc futuram nõ obſcure nobis prædixit his verbis: *Duo ſunt genera Clericorum: vnũ Eccleſiaſticorum ſub regimine Epiſcopali degentium: Alterum acephalorum, ideſt, ſine capite, quem ſequantur ignorantium. Hos neq; inter laicos ſæcularium officiorum ſtudia, neq; inter Clericos religio detentat diuina, ſed ſolutos atq; oberrantes ſola vaga vita complectitur, quique dum nullum metuentes explendæ voluntatis ſuæ licentiam conſectantur, quaſi animalia bruta libertate, ac deſiderio ſuo fruuntur, habentes ſignum religionis, non religionis officium, Hippocentauris ſimiles, neq; equi, neq; homines, mixtumq; (vt ait Poeta) genus proliſq; biſformis. Quorum quidem ſordida, atq; infami numeroſitate ſatis, ſuperq; noſtra pars occidua polluitur.*

A S. *Iſidorus de Off. Eccleſ. lib. 2. c. 3.*

Sed in primis animaduertere debemus Diuum Iſidorum duo Clericorum genera diſtinxiſſe, vnum verum, ſcilicet Eccleſiaſticorum, quod Epiſcopis omnino ſubeſt.

Al-

Alterum autem, de quo agimus, non verum, sed ementium, fictitiumq; Et in habitu dum taxat Ecclesiasticis simile. Vere enim Clericus quis non dicitur, nisi qui saltim per Clericalem tonsuram deputatur ad cultum Dei, quæ dedicatio non nisi per Episcopum fieri potest, [B] vel saltim per Abbatem Præsbyterum, & benedictum. [C] Impropriè autem Clericos diuinus Doctor appellat laicos habitum Clericalem deferentes, eo solo quòd Clericos habitu imitentur, & aliquomodo saltim primo aspectu Clerici esse videantur. Quam distinctionem ipse aperte demonstrat, dum dicit, quod huiusmodi Acephalos inter Clericos religio non detentat diuina; & quod habent quidem signum religionis, non religionis officium. Et ideo dicimus in edicto. *Que algunas personas meramente legas andan en habito Clerical sin tener Ordenes algunas.*

B S. Thom. & omnis schola Theologorũ in 4. dist. 24. q. 3. art. 1. q. 2. ad 2.

C c. cum contingat, & ibi omnes Canonistæ de ætate, & qual.

Secundo hoc genus appellat Acephalos Sacratissimus Præsul, eo quod capite careant, & Superiorem, quẽ sequantur, ignorent; neq; enim premuntur laicorum studijs, neq; Ecclesiasticum aliquod officium exercent, sed soluti, inertes, & desidiosi oberrãt, & vagari frequentius solent, & nullum metuentes, qui eos prohibere, & cohibere possit, suis factis dicunt: *Venite, & fruamur bonis, & vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter, vino precioso, & vnguentis nos impleamus, & non prætereat nos flos temporis, coronemus nos rosis, antequam marcescant, nullum pratum sit, quod non pertranseat luxuria nostra.* D

D Sap. 2. v. 6.

Et Synodus Hiſpalenſis [E] à ſuo ſacratiſſimo Præſule, & præcipuo patrono edocta idem ſentit dicens: *Porque en eſta Ciudad, y Arçobiſpado ay muchos eſtudiantes, y otras perſonas, que ſin ſer Clerigos andan en habito Eccleſiaſtico con poca decencia, y honeſtidad, de que reſulta, que creyendo quien los vè con aquel habito que ſon Clerigos ſe eſcandelizan, y redunda en grande oprobrio, y menoſprecio del habito clerical, y eſtado Eccleſiaſtico.* Quam doctrinam, dum in Alma Hiſpalenſi Canonicatu per viginti, & vnum annos, licet indigni potiremur, theorice didicimus, nunc autem Limæ experti ſumus. Quapropter in noſtro edicto dicimus: *Que eſte genero de gente mas frequentemente que los Clerigos ſuelen profanar el dicho habito &c.*

E Synodus Hiſpalen. anno 1604. lib. 3. tit. 1. §. 7.

Tertio dicuntur huiuſmodi Acephali ſua ſordida, atq; infami numeroſitate, ſatis ſuperq; rempublicam polluere, quod etiam nos in edicto ſentimus: *Que eſtos mas frequentemente que los Clerigos ſuelen profanar el habito Clerical en el modo de traerle, y que ſus delictos, y la occaſion, y libertad, que con el habito toman para cometerlos ſon en perjuizio, y deſdoro de nueſtro ſagrado eſtado.*

* * *

CAP.

CAP. XXVIII.

De ratione distinguendorum habituum pro locis, temporibus, & personis secundum sexum, statum, & dignitatem, & specialiter in Clericis.

PRO cuius rei probatione reuocandum breuiter in memoriam est, quod supra diximus; Clericos, scilicet, debere à laicis professione distingui, & eos religione, & obseruantia præcellere, & huiusmodi professionem in habitu, & incessu probare. A In cuius rei consequentiam, & vt professionem in habitu diuersam demonstrent, Clericis diuersus à laicorum vsu habitus necessarius est. *Quia in ornatus, cultusq; ratione quid locis, temporibus, & personis conueniat diligenter attendendum est, ne temerè flagitia reprehendantur. Nam in rebus prætereuntibus non ex earundem, quibus vtimur, natura; sed ex causa vtendi, & modo appetendi, vel probandum est, vel improbandum, quod facimus.* B Et quo ad personas pertinet secundum earum diuersitatẽ vestes quoq; distinguendæ sunt. Primo ratione sexus. Vtrique namque sexui diuersa indumenta, & dedit natura. Vnde nec viri fœminarum vsus in habitu, & comis, nec mulieres virorum imitari, ne dum vsurpare debent, & multo minus Clerici laicorum habitum, & minus fœminarum vsum, in quo ta-

A *Supra c. 12.*

B *c. quisquis §. quid igitur 41. dist. S. Th. 2. 2. q. 169. ar. 1. & q. 187. art. 6 & quol. 10. c. 14. & opus c. 58. c. 8. & Matth. 11. in princ. A. & K. in 1. Tim. 2. lect. 2. in fine.*

talium similitudinem aspectu præferant, vt supra latè probauimus. [C] Secundo, ratione status, & dignitatis, quia ornatus personarum mensurādus est ad earundem modum, & mensuram secundum statum, & dignitatem, quam habent, & secundum consuetudinem loci, in quo habitant, [D] Et primò quod ad statum pertinet sint in exemplum primi parentes, qui innocentes nudi erant in signum simplicitaris animi, [E] Et ideo Christianus statim post Baptismum candida accipit vestimenta, vt sit indicium, quod exuerit inuolucrum peccatorum, & induerit innocentiæ casta velamina, [F] & post peccatum consuerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata. [G] Quæ folia signa peccatorum fuerunt. [H] Vnde Ecclesia pænitétes specialibus signat indumentis, quæ in iure referuntur. [I] Et deniq; ad mortem damnatis fecit Deus tunicas pelliceas, & induit eos, [L] quibus significaretur mors, quæ post peccatum debebatur naturæ [M] Et secundum Sanctum Basilium, [N] *Vtilis, & in hoc peculiaris hæc amictus ratio est, quod ea qualis sit vnusquisque antedicat, & vitæ, quæ ex Deo est, professionem testificetur. Quæ res facit, vt ab his, qui nos viderint, actiones etiam professioni requirantur consentaneæ. Imbecilioribus etian veluti pedagogi quædam disciplina est, quia inuiti etiam à rebus flagitiosis prohibentur hac, quæ in vestitu foris apparet, professione.*

Secundo quod ad dignitatem attinet differens cuiusuis ornatus esse debet. Qui secundum S. Augustinum [O] habitus secundū per-

C *Supra c. 9.*
D S. *Tho. in Is. 3. in fine, & in 4. dist. 15. q. 2. art. 3. q. 1. ad 3. & in Matth. 11. in princ. A & K.*
E *Gen. 2. v. 25. & S. Isidorus apud glosam ordin. ibi.*
F *c. accepisti de cōsecr. dist. 4. & congruit tex. in c. post baptismum eadem dist.*
G *Gen. 3. v. 7.*
H *Glosa ordin. ibi.*
I *c. in cap. 50. dist. & in c. Accab. de pœn. dist. 3.*
L *Gen. 3. v. 17.*
M *Glos. interlin. ibi.*
N *S. Basil. lib. regul. fusius disp. reg. 22.*
O *S. Aug. epist. 199. & refertur in c. quod Deo, 33. q. 5.*

personarum varietatem, & gradum distinguendi sunt. Et secundum eundem Basiliũ: [P] *peculiaris quidã in vestitu est ornatus militis, alius Senatoris. Vnde de dignitate illorũ capitur coniectura*(de quare fusè Isidorus, Textor, & Cassaneus agunt) [Q] *sic decorũ, & consentaneũ videtur Christianum* (& nos dicimus Clericum) *in vestitu etiam aliquid præcipuum à cæteris seruare oportere.* Vt iuxta dignitatẽ, qua laicis præfulgent, vestium quoque in omni loco, & tempore sit differentia, quia congruit Ecclesiasticarum personarum decori, ne apud vulgi opinionem vilescat earum authoritas. [R]

Quamobrem multiplices sunt institutæ ministrorum Ecclesiasticorum vestes tam in lege, quam in Euangelio designantes virtutum ornamenta, quibus illi debent clarere: Cultui enim vestium ornatus actionis eorum debet conuenire. [S] *Sed quoniam religio diuina* (vt ait S. Hieronymus) *alterum habet habitum in ministerium, alterum in vsum, vitamq; communem,* [T] nunc omittamus agere de vestibus sacris, quæ alteri vsui, quam diuinis officijs non sunt applicandæ, sed neq; ab aliquo debent contingi, aut auferri, nisi à sacratis hominibus. [V]

Agamus autem de indumentis, seu vestibus Clericorum ad vsum communem pertinentibus.

* * *

P *S. Basil. vbi suprà*

Q *S. Isidorus orig. lib. 19. a c. 21. vsq; ad c. 34. & Textor in officina c. vestimẽtorum genera, Cassaneus in Cathalo. part. 10. cõsiderat. 96.*

R *Argum. c. Episcopi 80. dist.*

S *§. 1. 40. dist. c. si rector, post medium 43. dist. c. rationis ordo, 100. dist.*

T *S. Hier. in Ezech. 44.*

V *c. vestimenta, de consecrat. dist. 1.*

CAP. XXIX.

De forma habitus Clericalis antiqui.

ITaque modo nobis hæc quæstio necessario agitanda est, qualis fuerit, & sit Clericalis habitus communis ad distinctionem laicorum gestandus? qualisq; sit gestari Clericis prohibitus propter Ecclesiastici Ordinis decorem?

A *Tamburin. de iure Abbatum tom. 1. disput. 25. q. 1. nu. 25. & 26.*

Et Tamburinus [A] existimauit Apostolos, & primos Euangelicos Sacerdotes lineis vestibus vsos fuisse, sicut de S. Iacobo Apostolo, qui vocatur Minor, in eius legenda [B] dicitur; quòd lineis vestibus vtebatur. Et huiusmodi vsum autumat à veteri lege Apostolos admisisse, in qua Deus sic præcipit: [C] *Indues Aaron vestimentis suis, idest linea, & tunica &c.* Et alibi: [D] *Vestietur tunica Sacerdos, & fæminalibus lineis.* Item alibi: [E] *Cum ingredietur portas atrij interioris vestibus lineis induentur &c.* Et conformari videtur hæc existimatio, eo quod tempore Sancti Siluestri, circa annũ 300. Sanctus Euphrosinus Episcopus Pamphiliæ Romam venit eadem linea veste Sancti Iacobi Apostoli indutus. [F] Sed præterquam quod prædictæ auctoritates Sacræ agunt tantum de vestibus ad diuina officia dicatis, non vero de communibus Sacerdotum indumentis, de quibus nunc nobis est sermo; existimamus

B *Breuiarium Rom. die 1. Maij.*

C *Exod, 29. v. 5.*

D *Leuit. 6. v. 10.*

E *Ezech. 44. v. 17.*

F *Tamburinus vbi supra.*

dicta

dicta de Sancto Euphrosino, & his similia, (si quæ alia sunt,) non vt communia, sed vt notatu digna referri, & non tam de speciali Clericorum, quàm de Episcoporum habitu dici. Et quidquid illud sit: Sanctus Anicetus Papa 1. [G] & Martyr ad annum 167. generaliter dixerat, quod *Clerici, sicut discreti debent esse in conuersatione, ita & in tonsura, & omni habitu debent discreti apparere.* Sed nulla nobis antiquior mentio in comperto est de speciali forma Clericalium vestimentorum, per quam distinguerentur à laicis, quàm ea, quæ adducitur à Baronio his verbis: [H] *Fuit caracalla vestis olim Clericis vsui, quippe quæ vsq; ad talos demissa magnum eam induenti conciliaret decorem. Beda* [I] *enim non aliunde, quã ex antiquis martirij S. Albani actis tradit eundem Sanctum Albanum induisse se vestimento Clerici, quem fugientem domi exceperat, nempe caracallam, qua Clericus sic vteretur, vt licet fugæ esset impedimento, vtpote ad talos demissa, ea tamen carere noluisset. Fuisse autem eam discissam, & ex multis partibus consutam tradit Dio in caracallo.* Hactenus Baronius de forma antiqua vestium Clericalium. Sed quoad honestatem, cum nec affectatæ sordes, neq; exquisitæ munditiæ coueniant homini Christiano, [L] & multo minus Clericis; ideo Maximus Doctor Nepotiano rescripsit dicens: [M] vestes pullas æque devita, vt candidas: ornatus, vt sordes, pari modo fugiendi sunt, quia alterum delicias, alterum Clericorum dignum habitum nequaquam olim pulli fuisse coloris, hic enim color vestiũ monacho-

rum

G
S. Anicetus in d. epistola ad Galliæ Episcopos relata in c. prohibete 23. dis. & fusius supra in principio c. 13.

H
Baronius anno 213 nu. 10.

I
Beda de gestis Angl. lib. 1. c. 7.

L
S. Hiero. ad Eustochium de custod. Virginit.

M
S. Hieron. in epist. ad Nepotianum.

rum peculiaris erat, & ex eo possumus intelligere castaneum colorem, nec non violaceũ in Ecclesia Catholica antiquo vsu receptũ, retentumque vsq; hodie ab his, qui in familia Summi Pontificis sunt, & alijs. Irrepsisse autem color niger in Clerũ videtur quando, & monachismus in nonnullis Ecclesijs à Clericis receptus fuit, & ex monachis Episcopi creati fuerunt. Ita tradit Baronius, [N] & reliquos Clericos alio vsos fuisse colore, vt distinguerentur etiã à laicis, qui incedebant attrati, vt ipse quoque Baronius alibi tradit. [O]

N *Baron. anno 393. n.48.*

O *Baron. anno 156. n.18.*

Ex quibus omnibus satis apparet, iam à tempore Sancti Hieronymi vsq; modo per annos 1400. & amplius Clericos à laicis in habitu communi distingui, saltim colore. Et ne contra morem Ecclesiæ superstitiosus cultus vestium irreperet anno 428. Celestinus Papa 1. [P] quosdam nouatores reprehendit dicens: *Vnde hic habitus in Ecclesijs Gallicanis, vt tot annorum, tantorumque Pontificum in alterum habitũ consuetudo vertatur.* Et reprehensionis suæ rationem reddens addit: *Nam si studere incipiamus nouitati, traditum nobis à Patribus ordinem calcabimus, vt locum super vacuis superstitionibus faciamus.* Ecce Summus Pontifex de multorum annorum, & grauissimorum Pontificum, & Patrum antiqua consuetudine, & ordine habitus Clericalis attestatur iam ab hinc annis 1420. Et Concilium Nicenum 2. idem testatur: [Q] *A superioribus temporibus (inquit) omnis vir Sacerdotalis cum moderato, & honesto*

P *Cælestinus Papa 1 epist.2.ad Episcop. Galliæ c.1.*

Q *Conc. Nicen. 2. c. 16. relatum in c.1. 21.q.4.*

to indumento versabatur, sed neq; sericeis texturis variatum quis vestimentum habebat, neq; in vestimentorum fimbrijs adiecta erant alieni coloris addimenta.

CAP. XXX.

De statutis ab Ecclesia ad reformationem habitus Clericalis.

FOrma, & reformatio Clericalium vestimentorum, vt res magni momenti ad decorem Cleri adeò Patribus semper fuit curæ, vt propterea quamplurimæ Summorũ Pontificum, Conciliorumque constitutiones passim reperiantur. Quorum insigniores expedit nunc ad memoriam compendio reducere, & primo de reformatione agendum est.

Interdictum est ergo generaliter Clericis, & aliquando sub diuersis pænis, ne vestibus, aut calceamentis quærant decorem, & ne habeant nisi, quæ religionem deceant, & ne sine ornatu Sacerdotali extra domus appareant, & ne põposis induantur exuvijs, ne induant vestiméta sæcularia siue laicalia pretiosa, exquisita, splendida, insignia, scissa, superflua, nimis breuia, vel fortiata, vel constricta, & nimis longa, purpurea, rubea, virida, virgata, vel partita, fimbriata, & sericea habitus, & ornamenti nouitatem, & iactantiam præseferentia; & ex aduerso, ne lu-

Anno 398. in Cõc. Carthag. 4. c. 45. refertur in c. clericus 41. dist. an. 506. Conc. Agatens. sub Symmaco, c. 20. refertur in c. clerici, 23. dist. post annũ 572. extat Canon Orientalis c. 66. à Martino Bracharensi collectus, an. 582. Conc. Matisconens. sub Pelagio, c. 5. ann. 589. Con. Narbonens. c. hoc regulariter, anno 680. in sexta syn. generali c. 27. refertur in c. nullus, 21. q. 4. anno 743. in Conc. Rom. c. 3. refertur in c. Episcopi 21. q. 4. ann. 817 Conc. Aquisgran. refertur à Baronio eod. anno n. 9. post anno 888. Concil. Metens. c. 3. anno

gubria, aut luctuosa, aut flebiliora vestiméta sint, quam eorum congrüit honestati, ne lacera, neque affectata sordibus, nec nimis abiecta.

Interdicitur etiam Clericis specialiter, ne induant sagum, ne deferant cingula baltheis aureis, & gemmis, & cultris onerata, manicas maxime ad cubitum pendentes, sotulares, consutitios, seu rostratos albos, cappas manicatas intra diuinum officium, aut intra Ecclesiam fibulas, aut corrigeas auri, vel argenti ornatum habentes pallia diffibulata in publico; sed vel post collum, vel ante pectus hinc inde connexa, caligas scacatas, turgidas, vel partitas, neq; circa genus disutas, borceguies albos, vel rubeos, calceos lunatos, seu cornutos, aut nimis fenestratos, torques aureos, & reticulum, & subbirretum, camisas ad collum, vel ad manus crispas, & rugosas, vel artificio elaboratas, armillas; anulos etiam, nisi quibus competit ex officio dignitatis.

In equitatu autem ne vtantur calcaribus talos ornantibus, aut superfluis, aut frænis, aut sellis, aut pectoralibus deauratis, & alia minutiora Clericis prohibentur, quæ longum esset recensere, sed in decretis, quæ in margine citantur, reperientur.

953. Conc. Roma. sub Leon 4. c. 12. refertur in c. sine ornatu 21. q. 4. an. 1090. Concil. Malfitan. c. 13. anno 1108. Conc. Beneuent. sub Paschali 2. teste collectore chronici. Casinen. lib. 4. c. 35. anno 1139. Con. Lateranense sub Innocen. 2 c. 4. refertur in c. præcipimus 21. q. 4. anno 1147. Con. Remens. sub Eugenio 3. anno 1180. Conc. Lateran. sub Alex. 3. c. 4. anno 1215. Conc. Later. sub Innocent. 3. c. 16. refertur in c. clerici el 2. de vit. & hon. cler. anno 1311. Cō. Vienens. refertur in Clem. 2. de vit. & hon. cleric. anno 1317. Cō. Rauenæ sub Ioan. 20. c. 4. anno 1417. Conc. Constantien. sess. 43. ad finē anno 1524. in reformatione Apostolica Cleri Germaniæ anno 1528. Conc. Senoniens. in decretis morum, c. 24. anno 1536. Conc. Coloniens. sub Paulo 3. p. 2. c. 26. anno 1549. Conc. Mogunt. sub Paul. 3. c. 74. anno 1565. Conc. Mediolan. 1. p. 2. tit. de cleric. vest. anno 1567. Concil. Liman. 2. p. 1. c. 87. anno 1572. Synod. Granatens. lib. 3. tit. 5. §. 3. & 4. & 8. & 9. anno 1573. Conc. Mediol. 4. p. 3. tit. de vit. & hon. cler. anno 1579. Conc. Mediol. 5. p. 3. tit. quæ ad clericorum §. clericus.

CAP.

CAP. XXXI.

De constitutionibus formam Clericalis habitus præscribentibus.

IN genere præscriptum est Clericis, [A] vt professionem suam, & in habitu, & incessu probent, & in statu mentis, & in habitu corporis Deo, & hominibus placere studeant, & quod eorum deceat sanctitatem, præseferant, & in mensura decenti vestes habeant proprio ordini congruentes, & decoras.

A *Anno 398. Concil. Carthagin. 4. c. 4. refertur in c. clericus 41. dist. anno 575. in Canon. Orient. in collect. S. Martini, c. 66. an. 680. in sexta Syn. gener. c. 27. refertur in c. nullus 21. anno 743. in Conc. Rom. c. 3. refertur in c. Episcopi, 21. q. 4. anno 1059. in Conc. Coyacens. §. præsbyteri, anno 1102. Conc. Londinens. c. vt vestes anno 1106. Constitutiones Gallonis S. R. E. Cardinalis c. 4. anno 1139. in Conc. Lateran. c. 4. refertur in c. præcipimus, 21 q. 4. anno 1147. in Concil. Remens. sub Eugenio 3. anno 1215. in Conc. Lateran. c. 18. refertur in c. clerici el 2. de vit. & honest. cler. ann. 1222. Concil. Oxoniense c. vt clericalis, & anno 1237. in Concil. Londin. §. quoniam in habitu, anno 1267. Conc. Vienen. sub Clemen. 4. in princ. anno 1274. Conc. Salisburgens, c. vestes, & anno 1286. Concil. Rauenæ, sub Honor. 4. c. 3. an. 1317. in Conc. Rauennæ sub Ioan. Papa 20. c. 4. an. 324. Conc. Tolet. sub Io. 20. c. 3. & an. 1386. Con. Salisburg. sub Vrban. 6. c. quoniã per decentiã, an. 1417. in Con. Constantiens. ses. 43. ad fin. an. 1420. Cõ. Salisburg. sub Martin. 5. c. studeant, & an. 1420. Con. Frisingens. sub Eugen. 4. c. quia clericorũ, an. 1524. in reformat. apostol. cleri Germaniæ anno 1528. in Conc. Senenens. in decretis morum, c. 24. anno 1546. in Synod. August. sub Paulo 3. c. 10. anno 1549. Concil. Mogunt. sub Paulo 3. c. 74. anno 1551. in Concil. Trid. ses. 14. c. 6. de reformat. anno 1565. in Concil. Mediolan. 1. p. 2. tit. de cleric. vestit. anno 1572. in Synod. Granat. lib. 3. tit. 5. §. 2. & 3. & 5. & 6. & anno 1573. Concil. Mediol. 4. p. 3. tit. de vit. & hon. cler. & in monitionib. §. habitu non exquisito anno 1583. in Concil. Lim. 3. act. 3. c. 16. anno 1585. in Conc. Mexicano lib. 3. tit. 5. §. 2. & 3. anno 1526 in Conc. Aquileyens, sub Clem. 8. tit. de vit. & hon. cler. §. 1. & 2. & 6. & 7. & 8. anno 1604. Syn. Hispal. lib. 3. tit. 1. §. 2. & 3. anno 1604. Synod. Hispal. lib. 3. tit. 7. §. 2. & 3.*

In ſpecie autem, vt induant ſecundum Aaron talarem veſtem, & ſtolas conceſſas Clericis, & tunicas Sacerdotales, & indumenta longa, & talaria deſuper clauſa, & maxime cappas, collare ſimplex, ac modice latum, externam veſtem ſimplicem, & adaptatam ad collum; & mantellum aut æquetur cum tunicæ longitudine, aut nemini, niſi Prælatis permittatur.

Et veſtimenta ſint vnius coloris, & non niſi nigri, niſi forte alium requirat dignitatis gradus.

Et ſi iter agant, ſit contractiori habitu ad iter accommodato, nigri tamen coloris, & parum infra genu demiſſo, & galero laneo ea forma confecto, quo grauitatem ſui ſtatus profiteantur.

Et Clerici in minoribus conſtituti talarem veſtem portent, cæteriſq; indumentis honeſtis vtantur ad Eccleſiaſticum cultum accomodatis. Et lege Hiſpana dicitur: *Sean las veſtiduras* (ſcilicet Clericorum in minoribus Ordinibus conſtitutorum) *como las que acoſtumbran traer los Clerigos de Miſſa, y de otra manera no gozen de el priuilegio de el fuero.* B

B *l.1.tit.4.lib.1.recop.*

CAP. XXXII.

Qualiter iniuria fiat Clericis à laicis habitum Clericalem cum comis geſtando.

EX ſupradictis iam fusè manet probata veſtium differentia, quæ Clericis ex pro-

proprio ſtatu, & dignitate competit; vt à laicis diſcernantur, vt genus aliud, populuſque alter ab altero omnino diuiſus. *Et hanc veſtium diſtinctionem ab antiquis ſæculis petitã* (dicit Vela) [A] *conſtat adhuc apud nos durare. Aliter enim viri quam fœminæ, aliter monachi quam Clerici, & ipſi Clerici quam laici veſtiuntur. Vnde qui alterius habitum aſſumpſerit alienum vſurpat.* Manet etiam ſatis probatum diligens ſtudium, iugem diligentiam, frequẽtemq; laborem in hac re ad formam, & reformationem Eccleſiam Dei ab initio vſque modo adhibuiſſe ad Clericalis ſtatus decorẽ intra ipſius ſtatus terminos continendum, & conſeruandum.

A
Vela de pænis delict. c. 13.

Sed fruſtra quidem tot, ac tanta ſtatuta à Patribus emanaſſent, ſi aliàs ab externo laicorum ſtatu eadem ſtatuta facile labefactari poſſent in eiuſdem Clericalis decoris detrimentum, vel potius iniuriam. Et quidem id ex communis, & indifferentis habitus geſtatione neceſſario proueniret, ſi laicis eſſet impunè veſtibus ad libitum Clericalibus vti, idque ex ſequentibus ſit perſpicuum.

Primò, ſi Clericorũ Eccleſijs ſeruiẽtiũ honores, ita à laicorũ loco diſcrete apparere cõuenit, vt nulli laicorũ liceat in eo loco cõſiſtere, vel ſedere, vbi Clerici cõſiſtũt, quãdomiſſa celebratur [B] atq; etiã inter vigilias; [C] ergo Clericaliũ veſtiũ honor etiã vbiq; apparere debet diſcretus à laicorũ habitu, & ideo prohiberi debẽt laici, ne eas deturpẽt cũ comarũ geſtatione, alijsvè vanis, & profanis adinuẽtionibus; immo potiori iure cũ magis vbiq; veſ-

B
c. Sacerdotum de conſecr. diſt. 2. & c. 1. de vita, & hon. cler.

C
Conc. *Turonenſe 2 can. 3.*

vestis, quam locus, discernat personas sacras à non sacris.

Secundo perseuerauit diutius in Ecclesia vsus, vt & populus simul cum Clero in Ecclesia laudes caneret; sed, quia laici perdifficilè continebantur in officio, vt & in voce rhythmum, & in statu corporis decorem sacris decentem seruarent; propter eorum in orando incompositam vocem, & indecoros mores; vsus huiusmodi mutatus est, vt ex Diuo Chrysostomo tradit Baronius. [D] Ergo ex eadem incompositionis ratione prohiberi debent laici, ne vestes Clericales sua gestatione profanent, maximè in detrimentum Clericalis status. Cum enim eas gestãdo profanant, populus scandalizatur intelligens huiusmodi profanatores Clericos esse, vt ex Synodo Hispalensi supra notatum est, [E] talis enim quis præsumitur, qualis in habitu reperitur. [F]

Tertio in Concilio Hispalensi Præside Sancto Isidoro, constitutum fuit, [G] *Vt qui in administrationibus Ecclesiæ Pontificibus sociantur, discrepare non debeant, nec professione, neq; habitu.* Et in Concilio Romano [H] paulo ante edictus fuit Canon, *ne in cubiculo Põtificio seruirent pueri laici, & sæculares, sed clerici, vel monachi id ministerij exhiberent.* Si ergo laici ab administratione Ecclesiæ, & à cubiculo Episcopi propter decorem habitus Clericalis repelluntur; multo magis repelli debent ab eiusdem habitus profanatione, per quam Clero vniuerso, & ipsi Deo fit iniuria.

D *S. Io. Chrysost. in Is. 8. hom. 1. Baronius anno 51. nu. 71.*

E *Supra c. 27. prope finem.*

F *Glos. 2. in l. 18. per textum ibi tit. 9. p. 7.*

G *Conc. Hispal. anno 619. ses. 9. tit. de æconomo. tradit Baron. anno 619. n. 2.*

H *Concil. Romanum anno 595. can. 2. tradit Baron. anno 595. n. 62.*

Quar-

Quarto nam sicut *vestem sordidam rei nonomine in publico habere, capillumvè summittere nulli licet in signum tristitiæ nisi ita coniuncto affinitate, vt inuitus in huiusmodi reum testimoniũ dicere cogi non possit,* [I] quia hoc ferè ad infamiam fit; [L] ita & à fortiori nõ debet laicis licere Clericales deferre vestes in signum Clericatus; cum non ita Clericis coniugantur in statu, & dignitate, sed adeò ab inuicẽ sint Clerici, & laici separati, vt (sicut sæpe dictum est) aliud sit genus, populusq; alter ab altero omnino diuersus. Et maxime cum ipsi laici, & præcipuè comati fere ad infamiam, & ad Clericalis status, & dignitatis iniuriam comis, & alijs diuersis modis vestes Clericales crebrò deturpent, dehonestent, probroq; afficiant.

I
l. vestim ff. de iniurijs.

L
l. apud Labeonem §. ait prætor nequid infamandi vers. generaliter ff. de iniurijs Federicus de Senis cons. 13 num. 3. vers. talis namque Barbosa axiomate 109. *n.* 2.

Quinto, nam sicut, *si alius, quam cui competebat ex dignitate deferret frequenter genus illud vestis, quæ prætextata dicitur, tenebatur iniuriarum ijs, quibus eadem debebatur prætextata;* [M] ita quoq; irrogatur iniuria Clericis si laicus, cui ex dignitate Clericalis vestis non competit, eam induerit, & maximè si deturpauerit comis, & alijs eandem gestádi modis, vt quotidie videmus.

M
§. iniuria, & ibi glosa verbo prætertota, inst. de iniuris

Sexto, nam, sicut *mimæ, & quæ ludibrio corporis sui quæstum faciunt publice vti non debent habitu earum Virginum, quæ Deo sunt sacratæ;* [N] ita laicis effœminatis minus licere debet habitus Clericalis, vt comis, alijsq; adinuentionibus profanent, siquidem sacratior est Clericorum habitus, quàm Virginũ Deo dicatarum, vt patet. Augetur enim petu-

N
l. mimæ C. de Episcopali aud.

tulantiæ crimen ex dignitate offensi, [O] & atrox iniuria æstimatur ex persona eius, qui iniuriam passus est: [P] Et quo ad pænas, dupliciter spectatur persona, & eius qui fecit, & eius qui passus est, aliter enim puniuntur ex eisdem facinoribus, quiquid in Dominũ, parentemvè ausi sunt, quàm qui in extraneum, & in magistratum, quam qui in priuatum. [Q] Quod si attentare tantum rapere sacras Virgines crimen est capitale, & mortis pæna illud perpetranti non immeritò infligitur, [R] quia (vt ait Montaluus) [S] Ex eo quod Virgines huiusmodi Deo dicatæ sunt non solum ad iniuriam hominum, sed ad ipsius Omnipotentis Dei irreuerentiam committitur, vt perpendunt leges Imperiales [T] adeo vt (sicut ibi Salicetus affirmat) etiam si sanctimonialis in specie proposita suam remittat iniuriam, non videtur adhuc iniuria remissa, nisi per Papam remittatur, vtpote per eum, qui vicem Dei offensi gerit in terris: [V] quanto magis non solum attentare virgines, sed facto dehonestare non tantum priuatas Clericorum personas, sed omne Clericale Collegium Deo sacratius, verget in ipsius Dei offensam, qui eos sibi in suos elegit peculiares seruos, vt suis sacris assiduè vacent vt supra notatum est, [X] seruis enim regulariter nulla iniuria fieri intelligitur, sed Domino per eos fieri videtur. [Y] Quod, si qui Imperatori digni iudicati sunt, vt ab ipso eligantur, multo magis in anterioribus sunt adiuuandi; [Z] merito quidem Clerici ex eo quod à Deo sacrâtius electi sunt,

O *l. omne §. qui manus ff. de re militari.*

P *§. atrox inst. de iniurijs.*

Q *l. aut facta ff. de pœnis.*

R *l. si quis non dicam C. de Epis. & cler.*

S *Montaluus in l. 4. tit. 10. lib. 4. ordin.*

T *l. raptores C. de Episc. & cler. in principio, & l. vnica C. de raptu virg.*

V *c. vt nostrum, vt Ecclesiastica benef.*

X *Supra c. 12.*

Y *§. seruus inst. de iniurijs.*

Z *l. restituendæ C. de aduocatis diuers. iud.*

ſunt, potiores ſunt in honore habendi, & iniuria in ipſos atrocior æſtimanda, vtpote quæ in Deum quodammodo refunditur.

Deniq; prædictorum omnium generalem rationem optime lex noſtra Hiſpana partitarum adducit his verbis: A *Nõ ſolamente fazen los homes tuerto, & deshonra por palabra, mas aun por remedixos, o por con tenentes malos, que dizen, o fazen vnos a otros.* A l.4. tit.9. p.7.

Ad repellendam igitur iniuriam Clero prouenientem ab affectata laicorũ Clericalis habitus imitatione, ſeu delatione, qui fere illũ & aſſumunt, & geſtant (vt verbis vtamur Sãcti Iſidori) vt habeant quidẽ ſignũ religionis, nõ religionis officium; recto tramite dicitur in edicto. *Por tanto mandamos, prohibimos, y defendemos que ninguna perſona lega ſiendo mayor de catorze años de edad, ſe ponga, ni trayga habito Clerical, ſinque para ello tenga nueſtra expreſſa licencia por eſcrito, la qual daremos ſolamente a las perſonas de cuyo proceder tuuieremos ſatisfacion, y ſera por tiempo limitado: y aſsi miſmo que los que alcanzaren las dichas licencias paſſado ſu termino no vſen mas dellas. Y que los legos que haſta aora han traido el dicho habito ſe lo quiten luego dentro de diez dias primeros ſiguientes à la publicacion deſte nueſtro edito, lo qual todo, y cada parte dello cũplan los ſuſodichos, y cada vno dellos por lo que le tocare en virtud de Santa Obediencia, y ſo pena de excomunion mayor latæ ſententiæ trina canonica monitione præmiſſa, en que incurran ipſo facto, en paſſando el dicho termino; demas de lo qual tengan por perdidos los veſtidos Clericales que*

traxeren, los quales aplicamos a la Iusticia secular que con ellos los aprehendiere.

CAP. XXXIII.

Proponitur, & fulcitur argumentum principale contra edictum.

SED aduersus huiusmodi nostri edicti decisionem principaliter obiectũ est, quòd Clerici seculares nõ habent certum habitũ, cum nõ sit expressum in iure de eius colore, vel forma. [A] Vnde circa hanc materiam ius Canonicum potius se habet prohibendo, quá præscribendo formam, vel colores habitus Clericalis, [B] & cum iam consuetudine laici incedant in eodem habitu Clericorum, minimè poterit Episcopus interdicere, ne huiusmodi habitum gestent, cum adhoc eidem Episcopo non subdantur. Neque eis poterit pœnas temporales imponere, siquidem eas exequi non potest aduersus laicos. [C]

Et confirmari videtur hoc argumentum, quia in vestibus, & ornatu inspicienda est regionis consuetudo; [D] & sufficit siquis vtatur veste secundum cõsuetudinem regionis, [E] non obstante cõstitutione iuris aliter præcipientis, [F] quia lex debet conuenire consuetudine. [G] Vnde S. Hieronymus Nepotia-

A
Glos. in Clemen. 1. verbo sæcularis de elect. in fine, vbi Doctores, & Panorm, in c. transmissum de elect. nu. 2. Alex. cons. 8. in fin. c. lib. 1. Iulius Clarus in pract. §. fin. q. 36. vers. sed quæro quis dicatur. Farinacius to. 1. qq. crim. tit. 1. de inquisit. q. 8. nu. 69.

B
Secundum Doctores relatos a Iulio Claro vbi sup. ver. dixi Clericum.

C
l. 14. & l. 15. tit. 1. lib. 4. recop.

D
S. Thom. in Is. 3. in fine, & in 4. dist. 15. q. 2. art. 3. q. 1 ad 3. in Matth. 1. in princ. A. & K. & argum. tx. in c. si quis virorum 30. dist.

E
Glosa verbo veste in d. c. siquis virorum.

F
c. clerici el 2. de vita, & honest. cler.

G *c. erit lex 4. dist.*

tiarum laudabat, quòd incultu modum prouinciæ sequeretur, [H] & ideo illæ censentur vestes Clericorum honestæ, quæ a communi vsu, & consuetudine vbi commorantur, sunt admissæ. [I]

H *S. Hierony. epist. ad Heliodorum citatus a Chassaneo in cathal. p. 2. consid. 32.*

I *Genedo pract. q. 4. nu. 3; Azor instit. moral. lib. 13. c. fin. Barbosa de iure Eccles. lib. 1. c. 40. nu. 17. & de off. & potest Episc. alleg. 9. nu. 2. Pacianus fere innumeros citans de probatio. lib. 2. c. 34. nu. 35.*

CAP. XXXIV.

Doctores referuntur pro edicti decisione.

SED his, & alijs non obstantibus inconcusa manebit doctrina, quā in edicto nostro secutisumus. Quæ adeo vera est, vt nullus ex omnibus Theologis, & Iuristis, quos vsq; modo legimus, in aduersam, vel diuersam partem deuiauerit, sed omnes nobis consentiunt.

In primis enim Dominicus Geminianus ait: [A] Nota quòd Iudex Ecclesiasticus potest prohibere, vt laici non gaudentes priuilegio Clericali, non portent tonsuram, vel habitum Clericalem, & facit textus, quòd existentes de vno Collegio, vel Vniuersitate possunt prohibere, ne aliquis, qui non sit de vniuersitate portet arma, vel insignia Vniuersitatis illius, ad hoc supra de regulabus cap. 3.

A *Domin. Gemin. in c. vnico de bigamis in 6.*

Item Philippus Francus ait: [B] vltimo nota, Iudicem Ecclesiasticum posse prohibere laicis, vel nudatis priuilegio Clericali, vt non portent habitum, vel tonsuram

B *Philippus Francus in d. c. vnico de big. in 6.*

Clericalem. Quod facit contra existentes de aliquo Collegio, vt possint prohiberi, vt non portent arma, vel signa illius vniuersitatis, secundum Dominicum, & facit quod notatur in cap. 3. de regularibus.

C
Marcus Antonius Genuen. in praxi Archiepis. c.46.n. 3.

Marcus Antonius Genuensis [C] resoluit quod iudex Ecclesiasticus potest prohibere laicis, ne deferant habitum, vel tonsuram Clericalem, quod in ciuitate Neapoli seruatur, solet tamen Vicarius concedere licentiam deferendi habitum Clericalem volentibus sumere Ordines per aliquot menses ante.

D
Io. Aloys. Riccius in praxi curiæ Archiepis. Neapol. decis. 107.p.1.& Io. Baptista de Toro in compendio decis. curiæ Neapol. verbo laicus, citans Carolum de Grassis in præludio nu. 430.

Ioannes Aloysius Riccius, & Ioannes Baptista de Toro [D] testantur, quod praxis curiæ Archiepiscopalis hæc est, vt laici qui deuotionis gratia; vel alio respectu Clericalem habitum absq; licentia dictæ curiæ deferunt, puniũtur arbitrio eiusdem curiæ, de cuius obseruantiæ ratione non est dubitãdum, siquidem delictum est gerere se pro tali, cum non sit talis, vt multis adductis probat idem Marcus Antonius Genuensis.

E
Io. de Heuia in Curia Philipica 3.p. Iuizio crimin. §.2. fuero Ecclesiastico n.5.

Ioannes de Heuia [E] etiam idem sentit dicens: *Procede tambien el Ecclesiastico contra legos que indecentemente vsan del habito de los Religiosos, y Clerigos.*

F
Barbosa de off. & potest. Epis. p.2. allegat. 9.n.7. in fine.

Item Augustinus Barbosa ait: [F] Habitus, & tonsura Clericalis, ne a laicis deferatur potest Episcopus, ac quilibet Prælatus prohibere, vt obseruat Marcus Antonius Genuensis, quem refert, & sequitur Carolus de Grassis.

Item idẽ sentire videntur tenentes, quòd Iu-

Iudex Ecclesiasticus cognoscit de habitu Clericali, [G] non solum, si adsit controuersia de Clericatu, sed etiam quando agitur de solis vestibus Clericalibus. [H] Quia de habitu, tanquam quod sit quid accessorium ad spirituale, cognoscit Ecclesiasticus, & non sæcularis [I] ergo ad Iudicem Ecclesiasticum pertinere debet in habitu discernere Clericos à laicis, & e conuerso, quod cessaret, si non posset interdicere, ne laici Clericalem induant, aut gestent habitum sine ipsius licentia.

Item idem videntur sentire, qui tenent, quòd Episcopus potest statuto interdicere vsus fucorum in cultu fœminarum, & quod non obtemperantes eidem lethalem culpā incurrunt à qua nisi de Episcopi auctoritate, non posint absolui. [L] Quod cum alijs multis resoluit nouissimè Sopranus post longam disputationem, & validissima fundamenta, quorum illud in primis obtinet, scilicet, quod ad Episcopum spectat ea curare, quæ vergunt in salutem, aut dispendiū animarum, illa præcipiendo, ista vetando, & ita si de his quidquam statuit, eius edictū, vel mandatum iustum erit, & proinde seruandum. Ergo similiter, immo a fortiori nostrum mandatum obseruandum erit, cum maiorem inhonestatem prohibeat.

***

G *Arg. c. si iudex de sent. exc. in 6. Stephanus Gratianus discept. foren. to. 1. c. 91. n. 15.*

H *Domin. in c. 1. §. fin. de cler. coniug. in 6. Salcedo in praxi. c. 62. n. 14. Farinac. in praxi q. 8. n. 34. Ceuallos de las fuerzas in proœmio c. 8. n. 40.*

I *Mascard. de probatio conclus. 689. n. 9. vbi plures alios se citat.*

L *Cum* Ioan. *Andrea Alberrico, Baldo, Tiraquell. & alijs resoluit nouissime* Io. *Hieron. Sopranus intra, & de re vestiari edicto ann. 1643. post Dauidis cōmentaria disput. 3. c. 2. §. 1.*

CAP.

CAP. XXXV.

Quòd rationi consentanea est edicti decisio.

SAtis erat edicti nostri doctrinam tantorũ virorum sententijs comprobasse, præcipuè cum nullus alius scribentium, qui sit æqualis, neque etiam inferioris authoritatis in arenam descendere ex aduerso ausus sit; sed vt incõcusa maneat oportet eam rationibus, & omnis iuris decisionibus comprobare.

Omnes igitur rationes, quas summatim in nostro edicto cumulauimus, & quas in hac iuris allegatione fusius prosequuti sumus suadent precisè, distinctionem habendã esse generaliter in quouis sexu, statu, officio, & dignitate, & specialiter inter Clerum, & populum laicalem, vtpote qui ab inuicem statu, officio, & dignitate seiunguntur, & quòd iuxta huiusmodi distinctionẽ Clerus, sicut excellentia morum debet populum anteire, ita à laicorũ habitu discretè apparere debet iu omni loco, & tempore; A quòd si laici impunè possent comas simul cum habitu Clericali gestare, vel potius habitum ipsum comis deturpare se ipsos fœminas mentiti; tunc omnis sexus, status, officium, & dignitas in dedecus, & manifestam Cleri iniuriam confunderetur. Quapropter etiam ad honorem Dei, & Cleri Deo dicati, omnia

A *Argum. d. c. Sacerdotum de consecrat. dist. 2.*

nia

nia iura, distinctionem habitus fieri debere inter vtrumque populum, Dei scilicet, & sæculi vna voce proclamant.

CAP. XXXVI.

Quòd iuri diuino consentanea est edicti decisio.

PRobatur iure diuino, quia in lege veteri non nisi Sacerdotes vestimenta Sacerdotibus competentia induere poterant, propter Sacerdotalis dignitatis decorem, & ornatum. Postquam enim Dominus excelsum fecit Aaron, deditque illi Sacerdotium; *Beatificauit illum in gloria*, ornamenta scilicet vestimentorum eidem tribuens, quibus dignitas Sacerdotalis decoraretur. Et tandem illud adiecit, vt singulare beneficium, quòd *non est indutus illa vestimẽta alienigena aliquis; sed tantum ipse filij ipsius Aaron soli, & nepotes eius per omne tempus.* A Vbi duo in verbis textus sacri singulariter ad rem nostram veniunt notanda. Primum scilicet, quòd illis vestimentis tres personarum gradus duntaxat vtebantur, videlicet, ipse Aaron, (per quem nostri Pontifices designantur,) & filij ipsius Aaron, (per quos figurantur Præsbyteri nostri) & tandẽ nepotes eius, in quibus signati sunt ministri Ecclesiæ in minoribus Ordinibus constituti ad superiores gradus ascensuri.

A *Eccli.45. v.15.*

Item,

Item, quod per omne tempus illa vestimenta dicuntur pertinere ad Aaron, & ipsius filios, & nepotes. In quo datur intelligi, non solum agere de vestimentis ad ministerium specialiter deputatis; sed etiam de alijs, quæ ad vsum, vitamq; communem Sacerdotibus, & ministris competebant, iuxta Sancti Hieronymi doctrinā; quam ex Ezechiele Propheta deductam supra retulimus,

B
Supra c. 28. in fine.

[B] vestimentis enim, quæ ad cultum dūtaxat pertinebat, non per omne tempus, sed in officijs tantum vtebantur, vt ex eodem Ezechiele constat. [C]

C
Ezech. 44. v. 19.

Et confirmantur supradicta, nam in eadē veteri lege omnibus prohibitum erat indui vestimento, quod ex lana, linoq; contextum esset. [D] Quod exposuit Iosephus dicens, [E] hoc fuisse prohibitum propter dignitatem Sacerdotij; quia in eius vestibus erat talis commixtio texturæ, & ideo non erat licita alijs vestis sic contexta. Quod amplius procedere debet, quando ex tali gestatione sequitur magnum, aut etiam qualequale dedecus Ordini Clericali; verbi gratia, quia simul deferuntur comæ, vel alia deprauatæ mentis signa, etiam parua, quæ ab honestate, & disciplina Ecclesiastica vtcumq; deuient. Quia vt glosa ordinaria docet, [F] *vestem, quæ ex duobus texta est, moraliter induere dicitur, qui habitum partim religiosum, & partim sæcularem induit, & similiter, qui sub habitu religioso sæculariter viuit.* Quod non est omnino ferendum, & nostro edicto intendimus vitare, cum Sacerdotium nostrum Euangeli-

D
Deut. 22. v. 11.

E
Iosephus relatus a Nicolao de Lyra ibi.

F
Glosa ordin. in leu. 19. verbo veste.

cum

cum longe sacratius sit, quàm Aaron; & amplioribus expediat honoribus decorari, & dignitas eius magis sit exornanda, & ab omnibus Christianis reuerenda. Habet enim sua vestimenta non solum ad ministerium, sed ad vsum vitãq; communem à laicorum vsu discreta, & communi ferè omnium Patrum calculo præscripta, atq; prouinciarum vsu recepta ferè ab ipso exordio nascentis Ecclesiæ, quæ diuinæ voluntatis interpres est, quando in hac exponenda Patrum communis cõcurrit consensus iuxta illud Lucæ: *Vbi fuerit corpus, illuc congregabuntur, & aquilæ.* Cum ergo hæc sic se habeant, non debet vestimenta Clericalia assumere, neq; gestare vllus laicorum, qui ad hoc, vt alienigena, & ex diuerso populo reputari debet, quoniam, vt sæpe dictum est Clerus, & Monachatus, alius est populus, quatenus à laicis discernuntur.

G *Lucæ* 17. *v.* 37.

CAP. XXXVII.

Quòd iure ciuili, & Hispano partitarum idem, quod in nostro edicto prohibetur.

PRobatur iure ciuili, nam est lex Imperialis, A *in qua omnibus generaliter in sæculari vita conuersantibus, & maximè theatralia exercentibus viris, ac mulieribus, nec non & prof-*

A *Auth. de Sanctiss. Epis. §. fin. collat.* 9

Prostrantibus interdictum est vti schemate monachi, aut monastriæ, aut ascetriæ, aut cuiuscumque personæ huiusmodi imitari schema: propositis pœnis corporalis supplicij, & exilij contra præsumentes vti tali schemate, aut illud imitari aut illudere. Vbi vox illa Græca schema, Latinè est figura, habitus, modus, aut ornatus. Hispanè autem, *el habito, o el modo, o la forma, o la figura.* B Cui legi Imperiali concordat lex Hispana partitarum addens specialem rei rationem his verbis: C *Vestir non debe ninguno habitos de religion, si nō aquellos que los toman para seruir a Dios, ca algunos ay que los traen a mala entencion para remedar los Religiosos, e para fazer otros escarnios, e juegos con ellos, e es cosa muy desaguisada, que lo que fue fallado para seruicio de Dios, sea tornado en desprecio de Santa Eglesia, e en abiltamiento de la religion.*

B *Calepinus in dictionario verbo schema*

C *l. 36. tit. 6. p. 1.*

CAP. XXXVIII.

Opponitur, leges prædictas duntaxat contra viles personas ibi expressas agere, dissoluitur argumentum.

EX aduerso nobis propositum fuit, quod huiusmodi legis Imperialis interdictum contra theatralia exercentes, aliasque infimæ conditionis personas ibi nominatim expressas, tantummodo debere intelligi ob ea-

earumdem personarum vtilitatem, ex qua æstimatur atrocior iniuria; & quod ideo ad omnes vtriusque fori iudices; emendatio in lege remittitur. Sed facili negotio respondemus, non de his tantummodo vilibus personis legem Imperialem agere, sed de omnibus generaliter in sæculari vita conuersantibus; sed specialiter, maximè de supradictis ibi expresis, vt patet ex ipsius textus apertissimis verbis; in illis enim vilibus personis sola gestatio habitus religiosi religioni irrogat iniuriam absq; alia quauis indecentia, & talis iniuria est, quæ principaliter venit vindicanda per vtrumq; forum, nec interest, an à vilitate sola personarum (vt in specie dictæ legis) an ab indecenti gestandi habitum modo, vel aliunde iniuria proueniat, dummodo religioni inferatur, vt vterque iudex possit, & debeat illam vindicare. Aliàs enim in Concilio 8. Constantinopolitano A Patres sine auctoritate, & iurisdictione increpauissent primos aulicos Imperatoris, eosq; epitimijs dignos pronunciassent, eo quod habitus Ecclesiastici irrisores inuenti essent: in illis enim deficiebat omnino vilitas personarum. Item, etiam si ea requireretur, procedere posset contra laicos comatos Iudex Ecclesiasticus ratione vilitatis, quam, secundum supradictam doctrinam Sancti Ioannis Chrysostomi, B contrahunt, non solum propter propriæ dignitatis virilis abiectionem; verum etiam propter alienæ vsurpationem, & fœdationem; infames enim

A *Conc. Constantinopol. 8. anno 869. act. 9. in fine.*

B *Supra c. 9.*

iudicantur fures, alijque huius generis homines nulla alia ratione, quàm vilitate delicti, alienum scilicet vsurpandi, & maximè sacrilegi, quales sunt ij, de quibus agimus. C

C *Argum. c. infames 6.q.1. cum alijs similibus.*

CAP. XXXIX.

Opponitur, prædictas leges de monachis, & alijs religiosis, non de Clericis agere, & probatur Clerum, verã, & digniorem religionem esse & prædictarum legum verbis comprehendi.

OBiectum quoq; nobis est supradictam legem de monachali, seu religiosorum dumtaxat, & non de Clericali habitu agere. Lex enim Imperialis schema dumtaxat monachi, aut monastriæ, aut ascetriæ expresse tantummodo interdicit. Et huiusmodi genus virorum, atque mulierum diuerso nomine nuncupatur, & ideo diuerso iure debet censeri. A Monachus enim dicitur à monos Græcè, quòd Latinè est vnus, & ab achos Grecè, quod Latinè est tristis, B quasi sit solitarius, & tristis, quia debet vitare hominum multitudinem, & frequentiam. C Et monastriæ vocabulum eamdem sortitur ethymologiam. Ascetriæ vero nomen ferè idem sonat, existimantur enim esse ascetriæ quæ-

A *Argu. l. si idem C. de codicil.*

B *c. 1. & c. placuit §. agnoscat. 16. q. 1.*

C *c. si cupis 16. q. 1*

quædam fœminæ debilium ſuſtentatrices. [D] Et aſceterium aliquis locus in quo moniales adſeruabantur, ad pietatiſque ſtudium exercebantur, quod non obſcurè lex alia Imperialis inſinuat. [E] Cleri verò ethymologia ſonat partem, ſortem, funiculum, vel hæreditatem, vt dictum eſt; [F] quod cum monachis, aut monaſtrijs, aut aſcetrijs non conuenit, immo & huiuſmodi genus, vt à Clericis, & laicis diſcretum appareat, habitum alium habet, debetque geſtare diuerſum. [G]

Et lex prædicta partitæ ſolummodo loquitur de habitu religioſorum, nam primo dicit: *Habitos de religion.* Et deinde infra: *Para remedar a los Religioſos.* Et inferius; *En abiltamiento de la religion;* ergo laicis ſolummodo prohibitus eſt habitus monachalis, aut religioſorum, non vero Clericalis; ſi enim lex voluiſſet hunc quoq; comprehendere, dixiſſet vtique. [H]

Sed huic obiectioni facile ſatisfit. Et primo ex verbis ipſius legis Imperialis: ſiquidem interdicit omnibus generaliter in ſæculari vita cõuerſantibus vti ſchemate nõ ſolũ monachali, aut monaſtriæ, aut aſcetriæ, ſed etiã expreſsè cuius cumq; perſonæ huiuſmodi ſchema, vel habitũ imitari, aut etiã illudere in quacumq; Eccleſiaſtica diſciplina. Verba enim illa in textu appoſita: cuiuſcũq; perſonæ. Propter ſuã generalitaté vniuerſalia ſunt, & quo ad res omnia cõprehendunt; etiã maiora expreſſis; & quoad caſus etiã ad

im-

D *Gloſa verbo, & totius in auth. de non alienandis §. 1. collat. 2.*

E *Auth. quomodo oporteat Epiſcopos § quanta, verſ. ſi vero quædã collat. 1.*

F *Supra c. 12.*

G *c. vidua 20. q. 1. c. ſanctimonialis 23. diſt.*

H *Argum. l. ſi ſeruũ §. prætor ait, in verſu nõ dixit prætor ff. de adquir. hæred. & l. vnicæ. §. ſin autem ad reficientis C. de caducis toll.*

improprios trahuntur; & quoad personas, ad omne personarum genus, ita vt comprehendant etiam eas, quæ aliàs non comprehenderentur, etiam si personæ priuilegiatæ sint, & dispositioné ad extraneas extendunt; Et quoad dispositiones faciunt, vt dispositio, quæ de se habet terminos præfixos excedat ipsos terminos, & extendatur in infinitum; & sunt distributiua ita vt attribuant rem cuilibet in solidum, & habent effectum importantem vniuersitatem, etiam si casus sint diuersi ab expressis, & sint omissi in speciali enumeratione, dummodo personæ sint habiles, & materia nō sit odiosa, [I] (vt in præsenti,) maximè quia in dispositione dictæ legis geminata inueniuntur ibi: *aut cuiuscumque personæ huiusmodi*. Et infra ibi: *in quacumq; Ecclesiastica disciplina*. Quo casu etiam comprehenduntur odiosiora, [L] ergo multo magis fauorabilia; vt in materia de qua agimus.

I *iuxta ea, quæ remissiuè tradit Barbosa dictione 317. a n. 1. vsq; ad n. 14.*

L *Martha de iurisdict. p. 4. cent. 2. casu 129. n. 14.*

Item illa dictio: *huiusmodi*, quæ post personas in dicta lege apponitur non solum relatiua est eorum, quæ præcesserunt, cum suis qualitatibus, sed etiam importat similitudines eorumdem, & est ac si diceret tale, aut talia; [M] ergo dispositio dictæ legis cōprehendit personas similes, & tales, ac expressas, vt sunt Clerici, qui tales sunt, & similes monachis, & monastrijs, & ascetrijs. Si enim monachi, & monastriæ sic dicuntur iuxta suam ethymologiam, eo quod debent esse solitarij, & tristes, non ideo est, vt sint otiosi, sed vt iuxta doctrinam Sancti Hiero-

M *l. huiusmodi ff. de leg. 1. l. deniq; de pignor. c. fin. de foro cōpet. in 6. Tuschus lit. D. concl. 287. num. 2. & 3. Barbosa dictione 138.*

ro-

ronymi, [N] de manibus eorum, & in occultis numquam recedat liber, & dicatur psalterium ad verbum, & oratio fiat sine intermissione. Sed sic est, quod in hac principaliori monachorum, & monastriarum occupatione Clerici cum eis propriè in sua professione, seu Ecclesiastica disciplina conueniunt; quoniam (vt supra ex eodem Hieronymo diximus,) [O] est genus, quod mancipatum diuino officio, & deditū contemplationi, & orationi ab omni strepitu temporalium cessare conuenit, vt sunt Clerici, & Deo deuoti, videlicet conuersi: Ergo ad vnum speciale genus pertinēt Clerici, & monachi in his, per quæ à laicis distingui debent. Nec minus in hac re cū Clericis conueniunt ascetriæ, quia, secundum Ambrosium Calepinum, [P] propriè ita vocantur à verbo quodam Græco, quod est, mentem exerceo in contemplatione rerum diuinarum.

N *c. nunquam de consecrat. dist. 5.*

O *Ex d. c. duo sunt 12. q. 1.*

P *Calepinus in dictionario, verbo ascete-ria.*

Et pro huiusmodi intellectu quamlibet (si adesset) ambiguitatem adimunt illa legis eiusdem Imperialis verba ibi: *in quacumq; Ecclesiastica disciplina*. Propter suam generalitatem, & comprehensionem rerum, casuum, & personarū, quas importat vox illa: *in quacumque* (de quibus modo diximus) & sub illis verbis: *Ecclesiastica disciplina*; non solum veniunt ars, & doctrina Ecclesiastica; sed modus Ecclesiasticè viuendi, & obseruatio bonorum morum inter Ecclesiasticos, & propositum, institutumque ipsum Ecclesiasticum, & secta Ecclesiasticorum,

vt

vt videre est apud omnes Latinos, & præcipuè apud ipsum Calepinum. Q Ergo extra omne dubium Clerici in hisce clausulis, & subhis dictionibus ex vi verborum expresse comprehenduntur, & consequenter habitus illorum etiam comprehenditur ad effectum eiusdem legis; ne illius vsus ab aliquo ex omnibus in sæculari vita conuersantibus vsurpetur ad imitandum, aut illudendum; & consequenter ad comis deturpandum, probroq; afficiendum; expressum enim dicitur omne quod venit ex significatione verbi, vel vocis. R

Q *Calepinus verbo disciplina.*

R *Bald. cons. 52. n. 2 vers. modo reuertor vsq; ad finem lib. 1. & cons. 384. vbi duplicatur lib. 5. & inde plures quos citat Barbosa axiomate 89. n. 7. & 8.*

CAP. XXXX.

Opponitur alia obiectio prædictas leges solummodo agere de habitu religiosorum, & probatur agere etiam de Clericorum habitu.

NEC minus obstat dicere supra allegatam legem partitæ solummodo agere de habitu religiosorum in illis verbis: *Habitos de religion.* Et post: *Para remedar a los religiosos.* Et tandem: *en abiltamiento de religion.* Ex quibus videtur se ad religiosorum habitum dumtaxat extendere; non autem Clericorum comprehendere velle, vt supra dictum est. Quia respondetur primo in dicta lege expresse comprehendi habitum

Cle-

Clericalem, ettenim, vt ibi notat Gregorius Lopez, A ortum habet illa lex à supradicta lege Imperiali, & venit ad illius declarationem; cumque prædicta lex Imperialis comprehendat Clericales vestes, vt modò probauimus, etiam eadem partitæ lex eas comprehendere dicenda est.

Glossa in d. l. 36. tit. 6. p. 1.

Secundò probatur ab identitate rationis. Nam specialis ratio, quæ est in monachis, aut cuiusuis religionis professoribus ad interdicendũ, ne quis laicorũ habitũ religiosũ induat, imitetur, aut illudat; eadem prorsus militat in Clericis ad eundem effectum, siquidem lex partitarum, ita ait: *Vestir non debe ninguno habitos de religion, si nõ aquellos que los tomaren para seruir a Dios.* Et paulò post: *E es cosa muy desaguisada, que lo que fue fallado para seruicio de Dios, sea tornado en desprecio de Santa Eglesia, y en abiltamiento de la religion.* Sed sic est, quod Clerici, sicut monachi, & alij religiosi habitum suum peculiarem assumunt ad seruiendum Deo; ergo nullus laicorum debet illum, sicut, nec habitum aliorum religiosorum, induere. Nam hoc esset valdè inhonestum, & indecorũ, si vestes Clericales ad seruiendum in eis Deo inuentæ in contemptũ Ecclesiæ à laicis vsurparẽtur, & in religionis abiectionẽ; quod lex ipsa intẽdit vitare proposito interdicto, de quo supra.

Minoris altera pars, quod ad seruiendum Deo Clerici peculiarem assumunt habitum, sic probatur: Nam sicut in lege vetere applicata fuit tribus Leui per mandatũ Domini, vt staret in conspectu Aaron Sacerdotis

ad ipsi ministrandum, & ad excubandum, & obseruandum, quidquid ad cultum pertinebat multitudinis coram tabernaculo testimonij, & ad custodiendum vasa tabernaculi, & vt seruirent in ministerio eius; [A] ita in Euangelio constituti sunt diuersi ordines Clericorum Præsbyteri inferiores, ad ministrandum sacerdotibus in his, quæ ad cultum multitudinis pertinent in Ecclesia, vt Ostiarij, Lectores, Exercistæ, Acolythi, Subdiaconi, & Diaconi ad diuersa officiorum, & sacrificij munera obeunda. Et sicut Aaron, & filij eius constituti sunt super cultum Sacerdotij; ita in Ecclesia Sancta Dei constituti sunt Sacerdotes ad offerendũm, ad benedicendum, ad præsidendum, ad prædicandum, & Baptizandum, & omnia, & singula cuiusuis ordinis ministeria, secundũ distinctionem, quam inter se habent, probantur ex Ecclesiæ monitionibus ab Episcopis fieri solitis in ordinationibus in singulis supradictorum, [B] quas breuitatis causa omittimus. Quis ergo catholicorum neget omnia, & singula Clericorum ministeria ad seruiendum Deo dirigi, sicut & monachorum, & hæc satis dixisse sufficiat ad probandum, quod Clerici habitum assumunt ad seruiendum Deo.

A *Num. 3. v. 6.*

B *In libro Pontificali Romano p. 1. a tit. de ordinatione Ostiariorum, & deinceps.*

Altera vero suprascriptæ minoris pars, videlicet, quod Clericorum habitus, est etiam habitus religionis, sic probatur. Primò, ex authoritate supra relata Sancti Hieronymi, [C] scilicet, *quod religio diuina alterũ habitum habet in ministerio, alterum in vsu; vitaq;*

C *Supra cap. 28. in fine.*

taq; cōmuni. Ecce de habitu Clericorū agens maximus Doctorum, Clericatum diuinam appellat religionem; ergo Clericalis habitus diuinæ est religionis.

Secundò, ex authoritate etiā suprà relata Sancti Isidori, dicentis: D *Quod Acephalos, nec inter Clericos religio detentat diuina, nec inter laicos sæcularium officiorum studia.* Ecce status Clericatus, quoad sæculares, dicitur diuina religio, & paulò inferiùs de vestimentis agens, dicit idem Hispaniarum Sanctissimus Doctor: *Quod huiusmodi Acephali habent signum religionis, sed non religionis officiū*, eo quod deferunt vestes Clericales signum Clericalis religionis, sed non exercentur in Clericali ordine, neq; illum habent, quem vocat religionis officium; ergo Clericalis habitus, & Clericalis Ordo sunt habitus, & Ordo religionis.

D *S. Isidorus de Eccles. offic. lib. 2. d. c. 3.*

Tertio ex Concilio Agathensi, E statuēte, *ut Clericis vestimenta, vel calceamenta, nisi quæ religionem deceant, vti aut habere non liceat*; vbi non est dubium, quod Concilium statū Clericalē appellauerit religionē quoad habitū.

E *Conc. Agathen. c. 20. relatum in cap. Clerici 23. dist.*

Et pro alijs quā plurimis, & ferè innumeris (quas consultò omittimus,) auctoritatibus id ipsum probantibus, sufficit vniuersalis Ecclesiæ suprema authoritas, quæ in promouendis Clericis ad Clericalem tonsurā, in initio ordinationis his vtitur verbis: *Oremus fratres charissimi Dominum nostrum Iesum Christum pro his famulis suis, vt donet eis Spiritum Sanctum, qui habitum religionis in eis in perpetuum conseruet &c.*

Item post Clericalem tonsuram traditam orat dicens: *Adesto Domine supplicationibus nostris, & hos famulos tuos benedicere dignare, quibus in tuo sancto nomine habitum sacræ religionis imponimus, &c.* Post habitus autem Clericalis impositionem iterum orat dicẽs: *Omnipotens sempiternæ Deus propitiare peccatis nostris, & ab omni seruitute sæcularis habitus hos famulos tuos emunda, vt dum ignominiam sæcularis habitus deponunt, tua semper in æuum gratia perfruantur.* F Ecce ad distinctionem vtriusq; status, Clericorum scilicet, & laicorum sæcularem habitum seruilem, & ignominiosum appellat Ecclesia habita ratione ad excellentiam habitus Clericalis, quem Sacræ religionis esse primo, & secũdo declarat. Ratio autem prædictorum est, quia cum religio sit virtus, qua quis afficitur ad colendum, & venerandum Deum, G ab ea totus populus Christianus, qui hac virtute afficitur dicitur esse religio Christiana; H Et dicitur communiter, & largissime religio, quatenus ab alijs populis, qui per fidẽ non colunt Deum, discernitur. Sed quia hæc Christiana religio ita largissime sumpta debet habere, & habet suos gradus inter ipsos Christianos, vt ex diuersitate contexio, & rectè officiorum geratur administratio singulorum, I ideo specialiter ij Christiani propriè dicuntur religiosi, qui prædicta religionis virtute affecti totã vitam suam dedicant cultui diuino, L & ij sunt Clerici, & Deo deuoti, videlicet conuersi, genus mancipatum diuino officio, & deditum cõtem-

F *Liber Pontificalis p.1. tit. de Clerico faciendo.*

G *S.Thom.2. 2.q.81*

H *Petrus de Vualdis de Canonica Episc. & Parroch.q.7.n.12. Guillelm. de Rouillæ in tract. de iust. & iniust. c.14. n. 6. Abbas in cap. Ecclesiæ, 4.notab. de constit.*

I *Cap. ad hoc 89. dist.*

L *S. Thom. 2. 2. q. 81.art.1. ad 5. & q.188.art.1. ad 1. & 2.ad 2.*

templationi, & orationi ad distinctionem laicorum, qui genus sunt Christianorum, quibus licet temporalia possidere, vxorem ducere, terram colere [M] &c. De quibus religiosis in legibus partitarum dicitur: *Que los religiosos se llaman assi, porque cada vno dellos han reglas ciertas, porque han de viuir segun ordenamiento, que huuieron de Santa Eglesia en el comienço de su religion, e por esso son contados en la Orden de la Clerecia.*

M D. cap. duo sunt 12.q.1.

Sed, & inter hos propriè religiosos distinctio alia, & vulgaris est, quod deuoti, seu conuersi propriè, & strictius dicuntur ij tantum, qui in aliquo instituto religionum ab Apostolica Sede specialiter approbato per professionem vota essentialia paupertatis, Castitatis, & Obedientiæ solemniter emittunt, vel ad id sũt in probatione, [N] & quoniã horum religio Clericali præfertur durioris, & arctioris vitæ ratione; [O] ideo iure quidem vulgus frequentiori, & vsitatiori vocabulo eos tantum religiosos appellare consuescit. Sed non ideo minus propriè debent clerici religiosorum nomine gaudere. Etenim ex proprio instituto virtute religionis afficiuntur ad colendum, & venerandum Deum, sicut, & alij religiosi, vt paulo superius ex diuersis eorum ministerijs remissiue probauimus. Immo, & sacratius quam monachi dedicantur per Ordinis Sacramentũ, & proprium eorũ institutum vtilius est Ecclesiæ. *Alia enim causa est monachorum; alia Clericorum* (dicebat Sanctus Hieronymus, [P] dum non Præsbyter, sed monachus esset)

N *Cap. quod votum, §. præsenti de voto in 6.*

O *Ioan. Andr. in cap. sanè, de regular. S. Antonin. in summ. p. 3. cap. 1. §. 2. & in tract. de excommunicat. c. 54. n. 2. Tho. Actius de ludo Schaccorum q. 4. principali n. 27.*

P Cap. *alia* 16. q. 1.

Cle-

Clerici pascunt oues, ego pascor; illi de altario viuunt, mihi quasi infructosæ arbori securis ponitur ad radicem, si munus ad altare non defero; mihi ante præsbyterum sedere non licet; illi, si peccauero, licet me tradere Sathanæ in interitũ carnis, vt spiritus saluus sit in die Domini Iesu. Et idem aliàs dixit. Q *Ecclesia habet senatum, cætum, scilicet, præsbyterorum, sine quorum Consilio nihil monachis agere licet.* Et alibi de Clericis agens, dicit apertè; R *quod nõ aliud sint, quam monachi, & quod quiuquid in monachos dicitur redundat in Clericos, qui patres sunt monachorum, detrimentum enim pecoris (*ait*) pastoris ignominia est, sicut è regione illius monachi vita laudanda est; quæ venerationi habet Sacerdotes Christi, & non detrahit gradui, per quem factus est Christianus.* Et Sanctus Augustinus Aurelio postulanti ab eo, vt quosdam monachos proprij instituti desertores ad Clericatum eligeret, ita rescripsit: S *Non est ista via danda seruis Dei, vt se facilius putent eligi ad aliquid melius, si facti fuerint deteriores, ipsis enim facilis lapsus, & Ordini Clericorum fit indignissima iniuria, si desertores monasteriorum ad militiam Clericatus eligantur, cum ex eis, qui in monasterio permanent, non nisi probatiores, atque meliores in Clerum assumere soleamus; nisi fortè (sicut vulgares dicunt) malus choraula, bonus symphoniacus est, & ita ijdem ipsi vulgares de nobis iocabuntur dicentes: malus monachus, bonus Clericus est. Nimis ergo dolendum, si ad tam ruinosam superbiam monachos surrigamus, & tam graui contumelia Clericos dignos pu-*

Q *Cap. Ecclesia 16. q. 1.*

R *S. Hieron. epist. 10.*

S *S. August. ad Aurelium epist. 76. & refertur in c. legi 16. q. 1.*

putemus, in quorum numero sumus, cum aliquãdo etiam bonus monachus, vix bonum Clericum faciat. Hæc Augustinus, & adeo excellentior, & dignior Clericorum conuersatio, quam monachorum habita est, vt in Concilio Gæsar Augustano antiquus Canon dicat: T *Item legit: si quis Clericus propter luxum, vanitatisq; præsumptum de officio suo sponte discesserit, ac velut obseruatiorem legis, monachum se maluerit esse, quam Clericum, ita de Ecclesia reppellendum, vt nisi rogando, atque obsecrando plurimis temporibus satisfecerit, non recipiantur. Ab viuersis Episcopis dictum est; ita fiat.*

T Conc. Cæsar Augustan. anno 381. Can. 6.

Ex quibus omnibus manet probatum leges supra dictas, tam Imperialem, quam Partitarũ, Clericales vestes interdixisse, ne laici eis vtantur, aut eas imitentur, aut illudant, vt quæ, vt verè religiosæ sunt, & continentur ex vi verborum, & ratione personarum sub illis verbis legis Imperialis: *aut cuiuscunq; personæ huiusmodi.* Et illis: *In quacunq; Ecclesiastica disciplina.* Et sub illis verbis Partitæ: *Habitos de religion, que se toman para seruir a Dios.* Et quod earũ vestiũ contemptus ille, de quo agit lex Partitæ in illis verbis: *Para remedar los religiosos, e para fazer otros escarnios, e juego con ellos.* Est idem de quo dicit Conciliũ Tridentinum. V *Tanta hodie aliquorum* (scilicet Clericorũ) *inoleuit temeritas, religionisque contemptus, vt propriam dignitatem, & honorem Clericalem parui pendentes, vestes etiam deferant publicè laicales.*

V Conc. Trid. Ses. 14. c. 6. de reform.

CAP. 41.

CAP. XXXXI.

Opponitur in laicis Clericales vestes non esse religionis, sed laicales iudicari debere; & probatur semper religionis esse.

SED quidam ex aduerso nobis dicebat in Clericis etiam saltim tonsuratis Clericales vestes verè, & propriè esse, & dici vestes religionis; sed in laicis non ita; sed laicales iudicandas esse, & ideo non posse illis interdici, quin eas liberè induant, & deferant, vt proprio statui laicali competentes; idque nitebatur probare. Primo, quia habitus nō facit monachum, A ergo vestes Clericales non mutant personam laicam, quæ eas defert; ergo eas deferens non facit Clericales, nisi sit Clericus, & ex consequenti in laico remanent laicales.

Cap. ex parte de regular. c. quia ingredientibus. de testā. Conc. Trid. *sess.* 14. *de reformat. c.* 6. *cū alijs adductis à Barbosa axiomate* 109. *n.* 1.

Et respondemus distinctionem prædictam nequaquam procedere posse: Tum quia nullibi (vt remur) reperitur apud iuris interpretes; tum quia si ita procederet, idem etiam esset dicendum in laico deferente Sancti Francisci, vel alicuius ex reliquis religionibus habitū, quod scilicet non deferret habitū talis religionis, sed quod ille habitus esset laicalis. Hoc nunquam dictum est, nec potest dici, vt quod nunquam in mentes homi-

mi-

minum venit, ergo neq; illud. Nulla enim assignari potest differentiæ ratio, cur in laico Clericalis habitus debeat iudicari laicalis, & cur in eodem laico monachalis, seu aliàs regularis habitus non ita debeat laicalis esse; sed ratio ad vtrumque tam Clericũ, quam monachum, vel alium quemlibet regularem æquè se habet, & in vtroque eadem est, vt paulo ante probauimus; ergo eadem debet esse iuris dispositio, B & sic, si procederet asserta distinctio, posset quilibet laicus habitum cuiuslibet religionis induere, & eo vti, illum imitari, & illudere sine cōtemptu, & abiectione religionis, & vt verbis legis Hispaniæ vtamur: *Podra vestir habitos de religion para traerlos a mala intencion, y para remedar los religiosos, e para fazer otros escarnios, e juegos con ellos, sinque sea esto en desprecio de la Santa Iglesia, e en abiltamiento de la religion.* Esto es, absq; contemptu, & abiectione religionis, quia nunquam euenire posset casus aliquis, in quo locum haberent dispositiones, & pœnæ prædictarum legum Imperialis, & partitarũ, aliorumque iurium, de quibus infra dicendum est; quod esset magnum absurdum.

B *Argu. l. illud ff. ad legem Aquiliam cũ adductis a Barbosa axiomate 197. n. 3*

Super eo autem, quod dictum est, quia habitus nō facit monachum; Respondemus, eo vsq; dumtaxat extendi, vt non ex sola habitus regularis delatione quis monachus fiat, vel appelletur, sed ex professione, & vita regulari, neque efficitur quis de corpore monasterij ante professionem, sed adhuc remanet laicus, etiam si habitum monachalem induat. C

C *Cap. porrectum de regular. & plures Doctores adducit Barbosa de appell. verb. appell. 233. n. 23. & 24. & 25.*

Quapropter ex illa ratione ad ſermonem inſtitutum ſolum infertur, quod qui non eſt Clericus, ſi deferat Clericalem habitum, nõ afficietur, neque appellabitur propriè Clericus, neque de numero Eccleſiaſticorum; quod nos vltro fatemur in edicto noſtro dicentes: *Que algunas perſonas meramente legas andan en habito Clerical ſin tener Ordenes algunas, y que quando la juſticia ſecular los vè en tal habito, les tiene reſpeto por entender que ſon Clerigos, y nueſtra juſticia Eccleſiaſtica no procede a caſtigarlos en los delictos que cometen, por ſer como ſon legos, de que ellos toman mayor ocaſion, y libertad para pecar.* Sed quoniam ex habitus delatione reſultat, vt quis in dubio iudicetur talis, qualem ille habitus, quẽ defert, demonſtrat, (vt ſæpe ſæpius dictum eſt;) & laici habitum Clericalem induti, ſi indecenter incedant, aut alia patrent delicta; talia committunt in opprobrium, & dedecus Clericalis Ordinis, quia tunc in eorumdem numero eſſe præſumuntur ex aſpectu ipſius habitus; ideo recte prohibemus, ne talem habitum induant, vel geſtent ſine noſtra licentia.

*
* *

CAP.

CAP. XXXXII.

Probatur, quòd etiam ſecundum leges ſæculi poteſt Epiſcopus interdicere laicis, ne deferant Clericales veſtes.

POſtquam prædicta lex Imperialis omnibus laicis interdixit vti ſchemate monachali, aut cuiuſcumque perſonæ huiuſmodi imitari ſchema, aut illud illudere in quacumq; Eccleſiaſtica diſciplina, ſub quibus verbis ſchema etiam Clericale comprehenditur; & poſtquam pænam corporalis ſupplicij, & exilij in præſumptores fulminauit; hæc verba adiecit: *Prouidentibus huic rei, non ſolum locorum Epiſcopis, & qui ſub eis ſunt Clericis; ſed etiam militaribus, ciuilibuſq; iudicibus, & quæ ſub eis ſunt officijs, & locorũ defenſoribus.* Ecce verba legis declarantia ad Epiſcopos, & eorũ officiales in primis pertinere prouidentiam huius rei, videlicet; ne præſumant laici ſchemate monachali, aut cuiuſcumq; perſonæ huiuſmodi vti, aut illud imitari, aut illudere in quacũq; Eccleſiaſtica diſciplina; Et deinde ad cæteros tam militares, quã ciuiles maiores, & minores iudices lex eadem prouidentiam, & iudicium extendit; & eiſdem commendauit, vt in quibus ſuper hoc quoad ſui fori homines poſſet cõ-

ſiderari non tam fori dubitatio, quam minor cura, & maior mora, & retardatio ad interdicti, & pænarum eius executionem. Lex etiam Hiſpana partitarum poſt interdictum laicis religioſorum habitum, & poſt traditam eius rei rationem ita infert: *Onde qualquier que viſtieſſe habito de monge, o de monga, o de religioſo, debe ſer echado de aquella villa, o de aquel lugar, donde lo fiziere, a açotes. E ſi por auentura Clerigo fiziere, tal coſa (porque le eſtaria peor que a otro ome) debele poner ſu Prelado grande pena ſegun tuuiere por razon. Ca eſtas coſas tambiem los Prelados, como los juzgadores ſeglares de cada vn lugar las deben mucho eſcarmentar, que ſe non fagan.* Ecce verba legis in omnibus legi Imperiali conformia, & declarantia ſimul ad vtrumq; iudicem Eccleſiaſticum ſcilicet, & ſæcularem pertinere correctionem exceſſuum, qui in habitus religioſi vſurpatione, aut alio abuſu cõmittuntur. Sed dicet aliquis ad vtrumque quidem pertinere: ſed intelligendum eſſe ſingula ſingulis tribuendo, ita vt Eccleſiaſticus iudex Clericos tantum ſuper hoc poſſit ſtatutis ligare, & comprehendere, non verò laicos. Sed reſpondemus, intelligendam eſſe legem, ita vt declaret, quòd iudex Eccleſiaſticus poſſit, & debeat ſuper hoc crimine ſtatuere, quòd ſibi bene viſum fuerit congruere locis, temporibus, & perſonis. Quo ad Clericos quidem priuatiuè ad iudicem ſæcularem, de quo non poterat eſſe dubium; cùm iudex ſæcularis incapax ſit iuriſdictionis in eos. A Et ſic non erat neceſſaria, ſed ſu-

A *Cap. 2. de iudicijs cum alijs vulgaribus.*

ſuperflua eſſet talis huius legis declaratio: Quoad laicos autem declarauit prouidentiam huius rei ad Eccleſiaſticum iudicem etiam pertinere, vt quæ decus Eccleſiaſticum, religioniſq; decorem, conſeruationẽ, & augmentum reſpiciat, maxime cum hoc ſacrilegium ſit ex eo, quòd habitus, qui ſacer, ſeu religioſus eſt profanetur; & hoc non priuatiue, ſed ſimul, & ad præuentionem ſecundum doctrinam textus iuris Canonici, & Canoniſtarum omnium, B itaq; illa verba legis: *Ca eſtas coſas tambien.* Non ad caſum proximiorem dumtaxat ibi expreſſum, ſed ad anteriorem etiam laicos comprehendentem referenda ſunt ſiquidem ſequitur: *Los Prelados, como los Iuzgadores ſeglares de cada lugar las deben mucho eſcarmentar.* Si enim Eccleſiaſticus poteſt hæc corripere, vt laicus, qui laicos poteſt corripere; ergo etiam declarauit poſſe Eccleſiaſticum laicos ſuis armis corripere, ſuper quo poterat eſſe aliquod dubium reſpectu fori, nam declaratio de re dubia debet eſſe. C

B *Cap. cum ſit generale de foro compet. & ibi Bàrboſa in collectanea plures citat.*

Arridet huic noſtræ interpretationi quædam alia lex Imperialis dicens: D *Quod ſi quis in hoc genus ſacrilegij prorruperit, vt in Eccleſias Catholicas irruens Sacerdotibus, & miniſtris, vel cultui, locoque aliquid importet iniuriæ; quod geritur à prouintiæ rectoribus animaduertatur, & capitali ſententia vindicetur. Neque expectet* (adijcit Imperator) *vt Epiſcopus iniuriæ propriæ vltionem depoſcat, cui Sanctitas ignoſcendi gloriam dereliquit. Sitque cunctis laudabile factas atroces Sacerdotibus,* *aut*

C *Paulus de Caſtro conſ. 341. in princ. verſ. non obſtantibus.*

D *L. ſi quis in hoc C. de Epiſc. & Cler.*

aut ministris iniurias, veluti crimen publicum persequi, & de talibus reis vltionem mereri. In qua legis specie notandum est. Primò, quod quia de atrocioribus iniurijs capitali sententia dignis agit, ideo apud sæculares iudices rē agitandā esse decernit. Et Secundò, præcipit Imperator, ne Iudex sæcularis expectet, vt Episcopus propriæ, idest, Ecclesiasticæ iniuriæ vltionē deposcat: quia in huiusmodi iniurijs condignè animaduertendis sæpe non ita prompti, (vt decet,) sæculares iudices esse solent. Quod nos experti sumus in hac causa. Neque enim crimen hoc aliquomodo persequuti sunt, quod nobis notū vsq; modo sit. Verum cum aliquando contigisset, quod quidam scholastici comati, quos ad exhortandum, vt comas, aut habitum deponerent, vocabimus, nos ipsos despexissent, insuper, & quemdam ministrum nostrum illos trahere ad nos incumbentem inhonestis conuitijs affecissent, & lapidibus exturbassent; iudices tamen sæculares huius rei conscij sat nobis esse putarunt, si factum execrarentur, vt execrati sunt, in reliquum conniuentia contenti. Nec quasi nouum id mirati sumus; tum quia Clericis laicos esse infectos oppido tradit antiquitas;[E] tum quia non est aptus ad auferendum malum de medio populi, qui fortè in eodem malo est; nec liberè corripere peccantem potest, qui tacitus sibi ipse respondere debeat se eadem admisisse, quæ corripere tentat.[F] Quomodo enim potest esse comarū, quæ habitum Clericalem pudefaciunt, strenuus

E *Cap. Clericis de immunit. Eccles. c. laici 2. q. 7.*

F *Cap. fin. 25. dist.*

nuus reformator, qui ipse forsitan earum gestationem simul cum populo frequẽtat. G Neq; enim in vltionem sceleris recte inflãmatur, qui prius in ipso prosternitur, sed qui purgatus est, vt per eum aliorum culpæ feriantur, & vt ipse iam mundus ante vltioné veniat, qui aliorum vitia corrigere festinat. H Quod si de reformando inviso comarum excessu, qui nunc adeo iniuriosus Hispanis grassatur generaliter, in laicis eorum dumtaxat curæ commissis non curant, vel fortè secundum sæculi prudentiam omittunt, quia efficaciter non valent curare, & (vt verbis Apostolicis vtamur,) domui suæ præesse nesciunt, vel non possunt: quomodo Ecclesiæ Dei diligentiam habebunt? I Et in hoc casu etiam si (quod negamus) nobis iurisdictio desuper alias nõ competeret, illam tamen haberemus propter sæcularium iudicum negligentiá, L & in defectum eorũ. M de qua re non instituimus modo sermoné, cum non sit necessarius. Verum quando nõ agitur de capitali iudicio, vt in crimine schematis monachalis vsurpati, aut illusi, quod minore pœna, licet corporali, & exilij punitur; ad Episcopos primum, deinde ad alios ciuiles iudices declarat lex pertinere rei prouidentiam, vt non solum illud interdicant, sed pænis suo modo compescant. Interest enim, vt gregis partem speciosiorem ab iniurijs in primis ille defendat iudex, cui propter amorem Christi datum est officium ouium pascendarum, quales Episcopi præsumuntur, & debent esse. In cuius rei signum

G *Argum. c. vna 26. dist.*

H *Cap. qui sine peccato 3. q. 7.*

I *1. Tim. 3. v. 5.*

L *Argum. c. ex transmissa de foro cõpet.*

M *Argum. c. ex tenore de foro compet.*

nũ poſt trinã amoris Dominicam interroga tionẽ, & cordis reſponſionẽ Petri, huic ſuas Chriſtus tradidit oues, dicens. *Paſce oues meas.* N

N
Io. 21. v. 17.

CAP. XXXXIII.

Probatur, quod etiam ſecundum leges ſæculi poteſt Epiſcopus pœnis, & cenſuris laicos compeſcere Clericalem habitum contra ſuum edictum deferentes.

DEinde ex eiſdem legibus ſæcularibus ſatis probatur, quòd Eccleſiaſticus iudex poteſt decernere pœnas, & cenſuras in laicos, qui veſtes Clericales ſine ipſius licentia deferant contra ipſius interdictum. Nam eadem lex Imperialis, poſtquam interdixit laicis vſum ſchematis monachalis, aut imitationem ſchematis cuiuſcumque perſonæ huiuſmodi, aut illius illuſionem in quacunq; Eccleſiaſtica diſciplina, adiecit: contra præſumptores corporalis ſupplicij, & exilij pœnam. Et prouidentiam huius rei Epiſcopis, & eorum officialibus in primis relinquit, & ad illos pertinere declarat. Quod cum de Clericali habitu intelligendum ſit, non eſt dubium [ad] Epiſcopi prouidentiam pertinere, interdicere ſcilicet, ne laici ſine ipſius licentia Clericales veſtes geſtent, & tranſgreſſores pœnis cohibere. Lex

Lex etiam Hispana supradicta post habitus Clericalis gestationem laicis interdictam iuxta supra traditam doctrinam, & post rei rationem traditam, pœnamq; exilij cum fustigatione impositam concludit supradictis verbis. *Ca estas cosas tambien los Perlados, como los Iuzgadores seglares de cada vn logar las deben mucho escarmentar que se non fagan.* In quibus verbis videtur interdicere laicis ne religionis, & consequenter Cleri habitum vsurpent, nec non pœnas infigere ad Ecclesiasticum iudicem etiam pertinere, vt declaratum est, iuxta supra tradita.

Item, & qui se pro milite gerit, cum miles non sit, & qui illicitis, seu alienis insignibus vtitur falsi pœna pro admissi qualitate grauissime puniendus est. [A] Quoniam, vt verbis legis partitarum [B] vtamur: *Face falsedad el que anduuiesse en talle de Cauallero, e non lo fuesse.* Publice enim interst, vt Ordinum dignitas, familiarumque salua sit. [C] Et ideo celebratur facinus illius viri fortissimi Garciæ Perez de Vargas nuncupati, qui obsidente Hispalim Rege Sancto Ferdinando 3. videns quemdam militem nobilem in bello fugientem, & gentilitia insignia suæ familiæ, vel potius eis similia tali fuga deturpantem, abstulit ab eo insignia cum deformi increpatione. Si ergo propterea huic viro licuit non permittere sua insignia turpi fuga fædare; Ecclesiæ Dei non potius licebit interdicere pœnis, & censuris, ne crimen gloriæ suæ in vestibus Clericalibus inferatur à laicis deturpando eas comis: cum

A

L. eos §. qui se ff. ad l. Corn. de fals. quā ad rem nostram exornant Decius, Menoch. & Farinac. Coltor. & Petrus Greg. citati a Barbosa in collect. cap. tuarum de priuilegij nu. 23.

B

L. 2. tit. 7 p. 7.

C

L. 1. §. quamuis vers. publice ff. de ventre inspic. quā exornant Guill. Benedictus, Chassaneus, Molina, & Io. Gutierez citati à Barbosa vbi sup.

hi à Clericis diſcernantur ſtatu, ordine, & dignitate, & nequaquam ad cæleſtem, ſeu ſpiritualem militiam pertineant, in qua Clerici peculiari titulo nomen dederunt; ſed in hac militia Clericis laici diſſimiles ſunt, iuxta ſupra traditam Doctorum in hac re diſtinctionem. D

D *Supra c. 28. deinceps. quibus adde Cornelium Beninc. de pauper. q. 12. n. 5. Paulum Leon de ſubſtitut. tit. de cõpendio nu. 192. Seluam de benef. p. 1. q. 1. n. 74.*

Simile etiam inuenitur exemplum Diogenis Philoſophi. Is enim cuidam ſibi placenti, quòd Leonis exuuio tectus incederet. *Non tu deſines* (inquit,) *virtutis ſtragulas pudefacere?* Indecorum enim cenſuit, quod mollis homo Herculis amictum ſibi vindicaret. Quod ſi idem poteſt dici de ijs, qui prodigioſo amictu profitentur ſanctimoniã vita non reſpondente; E quanto magis de laicis profanantibus ſuis comis veſtes tot Sanctorum, & præclariſſimorum virorum, qui in Clero connumerati ſunt, & connumerantur.

E *Eraſmus ex Laert. lib. 6.*

CAP. ILIV.

Probatur iuri Canonum eſſe conſentaneum, ne laici geſtent Clericales veſtes.

NAM Clericis prohibitum eſt vſurpare habitum, & nomen monachorum, *ita vt qui ex Clericis ſe fingunt habitu, & nomine monachos, & non ſunt, corrigi, aut cogi iubeantur, vt, aut veri monachi ſint, aut veri Clerici;* qua-

A quamuis vterque gradus Clericalis, & monachalis ad vnum duntaxat genus Ecclesiasticarum personarum pertinere videatur. B Sed quia habitus singulorum graduum, & Ordinum Ecclesiasticorum institutus est distinctus, vt liquido appareat, & constet in quaquisq; professione Deo militet; C ideo Clerici prohibentur monachalem habitum induere, in quo minor est indecentia, & minor irrogatur iniuria statui monachorum, quam si laicus Clericalem habitum assumat. Ergo multo magis interdici debet ne laici Clericalibus vtantur vestibus, in quo maior est indecentia, & grauior Clericis irrogatur iniuria, maximè illas comis deturpando.

A Cap. vt Clerici de regular.

B D. c. duo 12. q. 1.

C ita Conc. Aquisgran. apud Baronium ann. 817. n. 9

Neq; dictis obstabunt dicta verba legis, dicentis: D *Que si por ventura Clerigo vistiere habitos de monge, o de monja, o de religioso le estaria peor que a otro ome.* Non enim intelligendum est voluisse dicere, esse grauiorem culpam ob maiorem iniuriam monachali habitui factam à Clerico illum gestante: huic enim intellectui repugnat ratio modo supra assignata; sed declarat esse grauiorem culpam ob maiorem iniuriam, qua talis Clericus proprium digniorem statū abijcit, iuxta doctrinam Sancti Hieronymi, & Sancti Augustini, & Concilij Cæsaraugustani supradictam. E

D d. l. 36. tit. 6. p. 1.

E Supra c. 40.

Item, *si qua mulier suo proposito vtile iudicans, vt virili veste vtatur, propter hoc virilem habitum imitetur, in iure anathematizatur.* F Et huius dispositionis ratio est, G *quia mulier magis est habilis, & magis parata in veste*

F Cap. si qua mulier el 2. 30. dist.

G Glos. 1. ibidem.

scisa, quam in clausa, ad meretricandum: talis enim vsus, vel potius abusus (vt inquit Lyra) H *prohibetur, quia est occasio libidinis.* Si ergo potuit Ecclesia ob huiusmodi peccati suspicionem tollendam fœminis habitum virilē interdicere, & in contrauenientes anathema indicere: multo magis poterit non tantum propter peccati suspicionem, sed etiā propter ipsum peccatum vitandum potest, & debet interdicere, ne laici Clericalem vestem deferant, & pœnas in non sibi obtemperantes decernere.

Item Iudex Ecclesiasticus Ordinarius potest falso signatos cruce pro colligēdis eleemosinis missos, si laici fuerint, excommunicationis mucrone percellere. Si vero Clerici ab officio, beneficioque suspendere nullo prorsus obstante priuilegio, vel appellationis remedio. I Et ex hac iuris Canonici decisione inferunt Doctores, L quòd Ecclesiasticus iudex potest punire falso portantes crucem, aut Religionis alicuius habitum. Quia ornatus exterior est indicium conditionis hamanæ, vt supra probauimus, M & eius excessus, & defectus, & medium reducuntur ad virtutem veritatis iuxta doctrinam Sancti Thomæ. N Et ideo si quis laicus dicat se Clericum, cum non sit, aut ingerat se actibus Clericorum, est falsarius, & punitur pæna falsi à Iudice Ecclesiastico. O

Item

H *Lyra in Deut. 22. verbo, abominabilis.*

I *Cap. tuarum §. verum de priuileg.*

L *Abb. Decius, & Socinus ibi. Plaza de delictis c. 5. n. 3. Far. in prax. crim. p. 6. de falsit. q. 150 a nu. 80. & multis adductis Menoch. de arbitrar. casu 320. a n. 12. Emanuele Rodrig. regular. qq. to. 2. q. 76. art. 7. Barbosa in collect. ad d. c. tuarum de prileg. n. 22*

M *Supra cap. 10.*

N *S. Thom. 2. 2. q. 169. art. 1. ad 3.*

O *Vltra supra citatos Doctores hic lit. L vide Baldum in l. qui supra C. de Sacro S. Eccles. quem refert, & sequitur in c. tertio loco de probation. & in proœmio decretal. n. 37. & Præpositū in c. quod interrogasti 27. dist. facit d. l. 2. tit. 7. p. 7. vbi Greg. Lopez verbo en telle de cauallero, & verbo en auiendo, Bernardū Diaz, & Salcedo in prax. crim. c. 12. n. 2.*

Item Gregorius X. ſub anathemate prohibuit, ne bigami etiam ordinati deferant tonſuram, vel habitum Clericalem; [P] ergo à fortiori poteſt, & debet Eccleſia mere laicis prohibere ſub cenſuris, & pænis, ne deferant huiuſmodi habitum, vel tonſuram, maxime in opprobrium Cleri.

P Cap. vnico de bigamis in 6.

Romipetas, & peregrinos à perſonarum captione, à rerum ſpoliatione, & iniquis exactionibus Eccleſia anathemate defendit. [Q] Quia intereſt Eccleſiæ perſonas huiuſmodi defenſare, in eo enim quod peregrinantur Religionis profeſſores intelliguntur. [R] Et propterea huiuſmodi homines habitum pænitentem ſuæ peregrinationis aſſumere non poſſunt, nec geſtare ſine Epiſcopi licentia, vt mos fert omnium Prouinciarum. Ergo magis Clericos debet Eccleſia defendere ab iniqua deturpatione habitus, quæ prouenit ab eius geſtatione per laicos comis, & alijs indecentijs, cum hic habitus ſit peculiaris, & proprius veræ religionis, quæ præſtat omnibus alijs dignitate.

Q Cap. ſi quis Romipetas 24. q. 3.

R Archid. in d. c. ſi quis Romipetas 24. q. 3. & Greg. Lopez in gloſa verbo los que fablaron l. fin. tit. p. 1.

CAP. XLV.

Quòd Pontificum decretis eſt conſentaneum, ne laici ſine Epiſcopi licentia vtantur veſtibus Clericalibus.

SI Cæleſtinus Papa 1. Clericos ſub quadã pie-

pietatis specie nouatores proprij habitus tam acriter increpauit, sicut supradictum est: [S] Quomodo non potius increparet laicos profanatores eiusdem habitus quoad ipsos alieni, & eosdem cum comis simul, & alijs indecentijs gestare non prohiberet?

Et quod ad Episcopum spectat prouidere, ne quisquam alienæ professionis habitum deferat, etiam sub prætextu consuetudinis, declarauit Sãctus Gregorius Magnus agens de quadam Abbatissa dicente sibi illud licere. [T] Dicit enim Sanctissimus Papa vestis qualitatem ad culpam fortè Episcopi respicere, qui eam sic esse permiserit. Ergo ad Ecclesiasticum pertinet huiusce rei prouisio, vt quæ religionem respicit.

Vrbanus Papa 8. nouissime constituit, vt Ordinarij locorum vbiuis terrarum degentes nulli deferre permittant habitum Ordinis Sancti Francisci sine Superiorum eius licentia in scriptis obtenta; vtq; si aliquem transgressorem prædictorum repererint, illum carceri mancipandum, & tali habitu exuendum, & arbitrarijs pænis mulctandum irremissibiliter curent. [V]

Hoc supposito, & quod ad instar sacrilegij [X] esset de Summi Pontificis potestate disputare: & quod quilibet Episcopus in sua diœcesi omnia potest, quæ Summus Pontifex potest in vniuerso orbe, Exceptis duntaxat specialiter reseruatis. [Y] Ergo cum materia nostri edicti minime inueniatur cuidam Superiori nostro reseruata rectè circa illam statuere potuimus in fauorem Cleri,

qui

S
Cælestinus Papa 1. ep. st. 2. ad Episcop. Galliæ c. 1.

T
S. Greg. lib. 7. epist. 7.

V
Vrbanus Papa 8. teste Laurentio de Peyrinis de priuil. regul. to. 3. in fine in constitut. nouiss. Vrbani 8. pag. 55. & Barbosa in collect. Apostol. decis. c. 403. nu. 7.

X
l. sacrilegij C. de diuersis rescriptis cum citatis ibi a glosa.

Y
Theologi, & Canonistæ omnes, quos citat, & sequitur Barbosa de potest. Episc. p. 2. allegat. 1. n. 6. Sanchez de matrim. lib. 1. disp. 61. nu. 3. & lib. 8. disp. 9. nu. 3.

qui licet nō perfectior religione quauis alia, dignior tamen eſt, ſicut Papa ſtatuit in fauorem religionis Sancti Franciſci, maximè ſtātibus cauſis adeo legitimis, de quibus fit mē tio in noſtro edicto.

CAP. ILVI.

Quòd Conciliorum decretis eſt conſentanea noſtri edicti deciſio.

IN primis Conciliū Eliberitanum [A] dixit: *Probibendum, nequa fidelis, vel cathecumena, aut comicos* (ſeu comatos) *aut viros ſcænicos* (ſeu cinerarios) *habeat, & quæcumq; hoc fecerit à communione arceatur.*

A *Conſilium Eliberitanum, anno 305. c. 67.*

Ad cuius intelligentiam notat ibi Binnius ex Garcia de Loayſſa, quod Acron Grammaticus dixerat; ſcilicet, quod ciniflones, & cinerarij eadem ſignificatione apud veteres habebantur ab officio calamiſtrorū idest, veruum incinere calefaciendorum, quibus effæminati viri capillos criſpabant; cuius rei, & Virgilius meminit dicens. [B]

B *Æneidos 11.*

Et fædare inpuluere crines
Vibratos calido ferro, myrrhaq; madentes
Semiviri Phrygis.

Dicti autem ciniflones ab eo, quod in cinere flant ad ferrum calefaciendum, quos, & cinerarios appellant.

Igitur ſi fœminis (quæ ſi comā nutriant, gloria eſt illis, quoniam capilli pro velamine

ne eis dati sunt) [C] viros comarum crispatores habere adeo nefas erat; vt non solum fideles, quas censura poterat adstringere, sed etiam cathecumenas, si id facerent, a communione fidelium arcendas esse Sacrorum Patrum Senatus decreuit: quanto magis viros crispatos iidem Patres excommunicarent? quanto magis Clerico id crimen admittentes? & quanto magis laicos non solum deturpantes propriam virorum dignitatem huiusmodi comarum crimine, sed etiá alienam Sacramq; Ordinis Ecclesiastici, tú iniqua habitus Clericalis vsurpatione, tum eadem comarum gestatione probro afficientes?

C 1.Cor.11.v.15.

Item in Concilio Matisconensi statutum est: [D] *Vt siquis sæcularium quempiam Clericorum honoratorum in itinere obuium habuerit, vsque ad inferiorem gradum honoris veneranter (sicut condecet Christanum) illi colla subdat, per cuius officia, & obsequia fidelissima Christianitatis iura promeruit. Et siquidem ille sæcularis equo vehitur, Clericusque similiter, sæcularis galerum de capite auferat. Si vero Clericus pedes graditur, & sæcularis vehitur equo sublimis, illicò ad terram defluat, & debitum honorem prædicto Clerico syncere Charitatis munus adhibeat, vt Deus, qui vera charitas est, in vtrisq; lætetur, & dilectione sua vtrumq; adstringat. Qui vero hæc, quæ Spiritu Sancto dictante, sancita sunt transgredi voluerit ab Ecclesia (quam in suis ministris dehonorat) quandiu Episcopus illius Ecclesiæ voluerit, suspendatur.* Ita Concilium. Sed nos signemus specialiter illa ver-

D Conc. *Matisconen.* 2. *anno* 588. *capit.* 15.

verba: Spiritu Sácto dictante ad auctoritatem præcepti. Nec non, & illa verba: quã in suis ministris dehonorat ad grauitatem culpæ, & ad iurisdictionem agnoscendam in Iudice Ecclesiastico in laicos non obtemperantes. Si ergo Ecclesia potuit prædicta statuere ad debitum Clericis honorem conseruandum, & contrafacientes interdicto Ecclesiastico supponere; multo magis, aut saltem similiter, ex eadem ratione potest, & debet prouidere, ne ille debitus Clericis honos deturpetur à laicis, qui Clericalem habitum comis dehonestant, & hos contra facientes censuris, & pœnis compescere.

Item sexta Synodus generalis E sic se habet. *Qui Christum per Baptismum induerunt eius in carne vitæ gerendæ rationem imitari professi sunt. Eos ergo qui capillos ad videntium detrimentum scite excogitatis nexibus adornant, & componunt, & animis infirmis escam ea ratione obijciunt, conuenienti supplicio paternè curamus, ipsos instituentes, & temperanter viuere docentes, vt relicta fraude, & vanitate, quæ ex materia oritur, ad exitio carentem, beatamque vitam mentem assiduè traducant, & in timore puram, & Sanctam conuersationem habeant, & Deo, quoad eius fieri potest appropinquent per vitæ puritatem, & internum magis, quam externum hominem virtutibus, & bonis inculpatisque moribus exornent; & nullas in se ferant reliquias diabolicas peruersitatis. Si quis autem præter hunc Canonem versatus fuerit excommunicetur.* Quomodo ergo potius Patres illi sacri

E
Sexta *Syn. gener.* *ann. 680. post actionem* 18. *Canon.* 96.

non excomunicarent eos, contra quos est hic noster sermo?

Item in Concilio Aquisgranensi [F] Patres rectores sic alloquuti sunt: *Vestrum erit præcipere laicis, vt ipsi congruum Præsbyteris, & debitum impendant honorem, & in eos, qui contra eos perperam geserint congrua procedat castigatio.* Si Ecclesia potest statuere, vt Rectores possint præcipere laicis, vt debitum Clericis impendant honorem, & in hoc perperam segerentes castigare; multo magis debet ipsa præcipere laicis, ne debitum Clericis honorem deturpent, vestes Clericales simul cum comis, & alijs indecentijs gestando, & contrafacientes pœnis, & censuris afficere.

Item in dicto Concilio Constantinopolitano 8. [G] quidam irrisores habitus Ecclesiastici, vt improbi epitimijs subijciuntur, & interrogantur, si vidisset, ne illos suus Episcopus id factitantes; vt si sic id contigisse deprehenderetur, particeps fieret culpæ.

In Concilijs Toletano, & Limano dicitur: [H] *Clericos, aut monachos agere in scæna, aut mimico quouis ludo non decet, nisi forte argumentum sit pium, ac religiosum, & ab Ordinario approbatum ad ædificationem populi. Quicunq; fecerit sit ipso iure excommunicatus.*

Item, *Qui vere pureq; solitariam eligunt vitam*, idest, *eremitæ digni sunt conuenienti honore.* [I] Et ne videantur Acephali subsunt Episcopis in quorũ territorijs sunt, [L] & repu-

F Conc. Aquisgranen. sub Gregorio IIII. anno 836. titul. de Ord. Rectorum, c. 10.

G Conc. Constantinop. 8. anno 869. actio. 9. in fin.

H Conc. Tolet. anno 1565. act. 2. ca. 21. & Conc. Limanum 3. anno 1583. act. 3 c. 20.

I C. *Qui verè*, iuncta glos. verb. Solitariam 16. q. 1.

L Glos. verb. Acephalos, in cap. nulla 93 dist. & pluribus citatis, Marta de iurisd. ct. part. 4. cent. 2. casu 113. a num. 1. vsq; ad 6. & Barbosa de iure Eccles. lib. 1. cap. 39. §. 2. n. 45.

putantur personæ Ecclesiasticæ, & sunt de foro Ecclesiæ, & gaudent priuilegio immunitatis, si ex speciali obligatione, & quasi traditione alicui Ecclesiæ, vel loco Sacro dicati sunt. [M] Et licet vere Clerici, aut religiosi non sint, hæc omnia competunt illis, quia eorum vita approbata est, tanquam in statu pænitentium, cuius exercitatio pertinet ad virtutem religionis. Quapropter in Concilio Limano [N] ita cautum est: *Quamvis monachum non faciat habitus; decet tamen vnumquemq; iuxta suam professionem habitu distingui, quare qui eremitico instituto gaudent, neque pileum Clericorum, neque fratrum, aut monachorum capitium gerant. Veste autem vtantur nigra. Quod si paupertatis causa viliori panno vti velint (quem Hispane vocamus Xerga) poterunt facile nigro colore inficere.* Itaq; si ad hoc, vt quisque iuxta professionem suam habitu distinguatur Ecclesia in nostro Concilio, a Sede Apostolica approbato, & à Rege nostro Catholico obseruari præcepto, habuit potestatem, sine sæcularis iurisdictionis læsione adinterdicendum eremitis ne habitum Clericalem in pileo, neque regularem in capitio ferendo imitentur propter decentiam Ecclesiastici Ordinis, multo magis potest eadē Ecclesia interdicere, ne laici Clericalem, seu religionis habitum imitentur, aut gestent turpiter comis, alijsque indecētijs dehonestādo, in quo maior prouenit indecentia, quam in deferendo ab eremitis pileo Clericali, aut capitio regulari, tum a personarum qualitate, cum ipsi eremitæ à Cle

M *Barbosa pluribus citatis vbi proximè, §. 5. num. 25.*

N *Cōc. Lim. 3. act. 3. cap. 32.*

ro, & regularibus minus distent in professione, quam pure laici, ideoque minus habitum, ipsum Clericalem, aut regularem profanarent eius insignia gestando, tũ a parte rei, magis enim laici Clericalem, aut religionis statum profanant, si totum eius habitum indecenter induant, quam si aliquod singulare eius insigne deturparẽt assumẽdo.

Item sicut Ecclesia potest præscribere formam habitus eremitici, propter decentiam eiusmodi status, eo quod ad religionis virtutem pertineat horum exercitatio, ita potest interdicere, & iure interdicit, nequis habitum eremitarum assumat, vel gestet sine Episcopi licentia. O Quod procedit etiam secundum consuetudinem omnium fere Prouinciarum, & in Curia Archiepiscopali Neapolitana non permittitur eremitas ignotos morari in Ciuitate, & dioecesi; Sed cum inueniuntur, carcerantur, & præscisso habitu fit eis præceptum de nõ accedendo amplius ad ciuitatem, & dioecessim, sub pæna trirremium, & multoties fuerunt per Curiam ipsam verberibus cæssi, quando fuerunt reperti in locis inhonestis. P

O *Argum. cap. 1. §. per hoc de exces. prælat. in 6. & cũ communi tenet Ioa. de Lignano in cum per litteras de præbendis.*

P *De his testatur Marcus Antonius Genuens. in praxi Curiæ Archiepisc. Neapolit. cap. 46. num. 3.*

Quorum omnium ratio ea traditur. Quia ad Episcopi curam spectat, ne inferioris cõditionis personæ vtantur habitu eorum, qui Deo sunt dicati; vt si mimæ, & aliæ fœminæ tales habitum publice gestent Virginũ Deo dicatarum. Q Ergo à fortiori potest prohibere sub pænis, & censuris, ne laici dehonestent comis, aut alio modo Clericalem habitum.

Q *Glossa verb. Deo in l. mimæ, C. de Episcop. audien.*

CAP.

CAP. XLVII.

Quòd etiam Synodalibus constitutionibus consentanea est nostri edicti decisio.

IN Synodo Hispalensi A interdicitur laicis: *Que ninguna muger encima de sus vestidos escapularios, o habitillos de seda, o bordados, o con otra gala, so pena de excomunion mayor, y de tener perdidos los dichos escapularios, y habitillos.* Et ratio huius constitutionis, in eadē continetur dicens: *Que es, porq̃ por la mayor parte se traen por gala, y atabio, siendo insignias de deuocion, y religion.* Et infra sub eadē pæna præcipitur: *Que no traigan las mugeres en los rosarios, ni en otras cosas que traxeren al cuello, cosas profanas, con las de deuocion.* Et in sequenti constitutione interdicitur ex eadem ratione: *Que las mugeres no traigan medidas de Nuestra Señora con listones en la cabeça, ni con otras cosas, profanas, so pena de excomunion mayor.*

A Synod. Hispalen. ann. 1604. lib. 3. titul. de Regular. ca. 2. & c. 3.

Item in eadem Synodo Hispalensi B statum est: *Que para euitar el desorden que auia en el habito, y poca deuocion, y profanidad con que los penitentes iban, se les manda que las tunicas q̃ lleuaren sean de lienço basto y sin bruñir, sin botones por delante, y atras, y sin guarnicion de cadeneta, ni de bandas, y que no tengan braones, ni sean colchadas, ni ajubonadas, y que no lleuen lechugillas en los cuellos, ni çapatos blan-*

B Syn. Hispalen. ann. 1604. lib. 3. tit. de celebrat. mis. capit. 23.

blancos, ni medias de color, ni descubierto el rostro, sino fuera fuerça descubrirse por algun desmayo, ni lleuen tocas atadas a los braços, ni otra señal para ser conocidos, y que las mugeres no vayan con tunicas.

C
Syn. limana ann. 1613. lib. 3. tit. 6. c. 9.

In Synodo Limana C interdicitur fœminis: *So pena de excomunion mayor, que ninguna muger pueda entrar con sombrero en las Iglesias demas de perderle para el Alguazil, o ministro q̃ se lo quitare con el cintillo que lleuare, aunque sea de oro, y piedras preciosas.*

D
Synod. Quit. ann. 1596. cap. 10. Syn. Limana, 1636. tit. de retract. honestate Cler. c. 2. & Arequipen. ann. 1638 lib. 1. tit. 11. c. 6.

Et in Synodis Quitensi, Limana, & Arequipensi cautum est: D *Que ninguna persona Ecclesiastica, ni secular mude su habito en el de Ermitaño, ni habite en Ermita alguna, sin que primero sea examinada su vida, edad, y recogimiento, y sin tener licencia del Iuez Ecclesiastico Ordinario, y no se les de para pedir limosna, sino estuuieren señalados para alguna Ermita, y los Curas no los consientan en sus Curatos. Lo qual cumplan an virtud de Santa Obediencia.*

Si ad hæc omnia, & singula, quæ minutiora sunt, se iurisdictio Ecclesiastica extendit, quia habitus, de quibus agunt relatæ constitutiones, redolent religionem; quatenus tendunt ad cultum diuinum, & ideo interest Ecclesiæ ne profanentur: multo magis se potest, & debet extendere respectu habitus Clericalis, qui est veræ, & dignissimæ religionis habitus, ad interdicendum, ne à laicis indebitè vsurpetur, aut probrò afficiatur.

E
Syn. Limana, ann. 1613. lib. 3. tit. 10. cap. 2.

In Synodo Limana E interdicitur. *So pena de excomunion mayor, ipso facto, y de cien pes-*

pessos aplicados por tercias partes para el Iuez, *denunciador, y fabrica de la Parochia, que aunque sea en comedias profanas, no salgan en ellas personages de Clerigos, o de Frayles, ni enmascarados, ni en otros qualesquiera juegos, o cosas de passatiempo, como acto prohibido por los Concilios, y decretos de los Santos Padres.* Ergo similiter potuimus statuere contra præsumentes habitum Clericalem indecore sine nostra licentia vsurpare. Immo a fortiori procedit argumentum. Quia leuior quidem videtur iniuria, quam ex gestatione Clericalis habitus, huiusmodi mimici possunt irrogare ea, quam reliquæ vulgares personæ solent inferre: illi namque, vt fictitij, & admomentum, & dumtaxat iocandi gratia, non iniuriandi animo talibus vti solent, sed reliqui vulgares iugiter, & quasi serio, licet cum ludibrio, atque sæpe eo animo, de quo dicitur in edicto. Ex quibus crescit opprobrium Clericorum.

CAP. XLVIII.

Quod in plerisq; Concilijs, & Constitutionibus Synodalibus, & edictis est expressa nostri edicti decissio.

SED omnis disputatio cessare debet, vbi legis, vel statuti casus est expressus, A vt insequentibus:

A Baldus *cons.* 215. *in fin. lib.* 2. *Graueta cons.* 31. *in fin. & cons.* 317. *nu.* 1. *Rolandus a Valle, cons.* 4. *num.* 24. *lib.* 2. *& plenius consil.* 46. *n.* 13. *lib.* 4.

In

In Concilio Mediolanensi 1. [B] est constitutio dicens: *Si quis personatus vestes Clericales, aut monachales, vel ad eorum formam induerit; & is, qui eas assumpserit, & is, qui accomodarit, graues pænas subeant.*

B Concil. Mediolanen. 1. ann 1565. p. 2. titu. de Clericor. vestibus, § fin.

Et in Concilio Mediolanensi 3. [C] est alia constitutio: *Ne cuiquam antequam prima tonsura initietur Clericalem habitum sumere liceat, sine Episcopi consensu, eo que scripto dato.*

C Conc. Mediolanen. 2. ann. 1573. tit. de his, quæ partim ad Ordinis Sacramentum.

Ecce in omnibus hæc Concilia expresse cum decisione nostri edicti concordant, & cum nec minor nobis competat in nostros subditos Limanos iurisdictio, quam Sanctissimo Carolo in suos Mediolanenses competebat, venit dicendum nos idem potuisse, & posse.

In Synodo Hispalensi dicitur. [D] *Porque en esta Ciudad, y en los demas lugares de nuestro Arçobispado ay muchos estudiantes, y otras personas que sin ser Clerigos andan en habito Ecclesiastico con poca decencia, y honestidad. De que resulta que creyendo quien los vè con aquel habito que son Clerigos se escandelizan, y redunda en grande oprobrio, y menosprecio del habito Clerical, y estado Ecclesiastico. Para remedio de lo qual, Sancta Synodo approbante, mandamos que los dichos estudiantes, y las demas personas que traxeren el dicho habito (aunque sean Clerigos in Sacris; ni esten ordenados de prima tonsura, ni tengan beneficio Ecclesiastico por donde sean de nuestro fuero, y jurisdiccion) guarden en quãto a el habito, y modo de proceder en el, lo proueydo, y mandado en estas nuestros constituciones, y no las guardando se executen en ellos las penas de-*

D Syn. Hispalen. ann. 1604. lib. 2. titul. 2. cap. 7.

dellas, o dentro de dos messes despues de la publicacion destas nuestras constitutiones dexen el habito Ecclesiastico que indecentemente traen, y nuestros Iuezes lo executen assi, inuocando, si necessario fuere el auxilio de la justicia seglar. Ecce constitutio, quæ ex rationibus eisdem, quæ in nostro edicto continentur sub pænis, & censuris idem substãtialiter, quod nos decernit; Neq; habebat ampliorem facultaté Eminentissimus Cardinalis de Gueuara, qui tunc Archiepiscopus erat Hispalensis ad id ibi statuendũ, quam nos habemus in nostro Archiepiscopatu Limano.

Quæ Synodus Hispalensis in Regio Castellæ Consilio visa, & relaxata fuit ad effectum eam imprimendi, & publicandi, & in nostræ almæ Ecclesiæ erectione specialiter cautũ est, [E] quod Archiepiscopi Limani cõsuetudines, constitutiones, & ordinationes, & mores legitimos, & approbatos almæ Ecclesiæ Hispalensis ad nostram Ecclesiam decorandam, & regendã reducere, & transplantare libere valeamus. Vnde bonæ memoriæ DD. Ferdinandus Arias de Vgarte iuxta prædictam Synodum Hispalensem recte potuit in Synodo diœcessana anno 1636. constituere super hac re, prout paulo post infra dicemus.

E *Erectio almæ Ecclesiæ limanæ, anno 1543. §. penultimo*

In Synodo Platensi est constitutio sequẽtis tenoris. [F] *Porque no es justo que persona alguna secular con el habito Clerical, que debe ser tan estimado, y reuerenciado pretenda en este nuestro Arçobispado hazer excessos, y librarse de la pena dellos: ordenamos, y mandamos que ningu-*

F *Syn. Platen. anno 1628. tit. de vita, & hon. Cler.*

guna persona secular, que no este ordenado, si quiera de ordenes menores, y assignado al seruicio de alguna Iglesia, ò acuda à los estudios, de que ha de constar à nuestro Prouisor, o a nuestros Vicarios pueda traer el habito Clerical, lo qual todos guarden, y cumplan so pena de excomunion mayor, y los Vicarios pongan mucha diligencia en q̃ este decreto se cumpla, so pena de cinquenta pessos aplicados la mitad a los gastos de la Santa Cruzada, y la otra mitad a la fabrica de la Iglesia donde esto sucediere.

Ecce Constitutio prohibens sub pœna excõmunicationis, ex eisdem rationibus, eadem quæ in nostro continẽtur edicto, & fuit publicata coram Regali Audiencia Platensi, & postquam à DD. Ludouico Enrriquez integerrimo tunc huius Limanæ Cancellariæ Regio Fiscali, nunc vero Auditore Granatensi vissa, & à DD. Alberto de Acuña Regio, & antiquiore eiusdem Cancellariæ Limanæ Auditore reuissa de mandato DD. Comitis de Chinchon Prorregis Peruani, nihil in ea notatum fuit, quod procederet in præiudicium Regiæ iurisdictionis, sed mandata fuit relaxari, vt imprimeretur ad eius publicationem, & obseruantiam. G

G *Constat ex Principis eiusdem Synodi Platensis.*

In nouissima Synodo Limana est constitutio talis: *El habito Clerical debe ser estimado, y reuerenciado, y no lo deben vsar ningunos seglares que no sean Clerigos ordenados por lo menos de Ordenes menores, y assignados al seruicio de alguna Iglesia, o que acuda a los estudios, de que ha de constar a nuestro Prouisor, o a nuestros Vicarios pues se ha entendido que algunos toman el dicho*

cho habito para librarse de las penas en que pueden auer incurrido por algunos excessos, y delictos: Ordenamos, y mandamos que ningun seglar q̃ no tenga las calidades referidas pueda traer habito Clerical. Lo qual todos guarden, y cumplan so pena de excomunion mayor, y los Vicarios, y Curas pongan diligencia en que esta constitucion se cumpla so pena de diez pessos aplicados la mitad a los gastos de la Santa Cruzada, y la otra mitad a la fabrica de la Iglesia del lugar donde esto sucediere.

Ecce alia constitutio expressa, & municipalis nostri Archiepiscopatus prohibens quoq; sub pænis, & ex eisdem rationibus eadem, quæ in edicto nostro prohibentur, quæ etiam vissa fuit, & laudata per DD. Andreã Varona de Incinillas, tunc Regium Fiscalẽ Limanum, postea vero Auditorem; & de cõcilio omnium Dominorum huius Limanæ Cancellariæ Auditorũ, & de mandato eiusdẽ D. Comitis de Chinchon relaxata, vt imprimeretur ad eius obseruantiam, & in ea nõ fuit reperta suspicio aliqua aduersus Regiã iurisdictionem. L

L Constat ex principio eiusdem Synodi Limanæ.

Deinde testamur, quod ab anno primo, ex quo ad gubernandam hanc Metropolitanam Ecclesiam licet sine suffragio meritorũ accessimus in omnibus Dominicis Septuagessimæ occurrentibus vsq; ad datam nostri edicti, eandem prohibitionem tum pœnis, & censuris in nostra Cathedrali publicari fecimus, nec nõn iugiter in edictis generalibus visitationis Parochiarum. Et per nos, & nostrum Officialem, & Vicarium Generalem

ſæpe ſæpius executioni mandata ſunt in laicos reos, quæ in eodem edicto continentur, non acerbè quidem, ſed vt decet in ſpiritu lenitatis.

Deniq; vt nullum deſit nobis probationis, ſeu potius approbationis genus pro coronide apponimus Eminentiſſimi ac Reuerendiſſimi D.D. Balthaſaris de Moſcoſo, & Sandoual S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, & Archiepiſcopi Toletani mandatum noſtro conſentiens, datum Toleti die octaua Februarij anno eodem 1647. in hunc, qui ſequitur tenorem.

Don Balthaſar de Moſcoſo, y Sandoual por la gracia de Dios, y de la Sancta Sede Apoſtolica Presbytero Cardenal de la Sancta Igleſia de Roma de el titulo de Santa Cruz en Ieruſalem, Arçobiſpo de Toledo, Primado de las Eſpañas Chanciller mayor de Caſtilla de el Conſejo de Eſtado de ſu Mageſtad &c. Por quanto hemos ſido informados que en algunas Ciudades, villas, y lugares deſte nueſtro Arçobiſpado ha auido, y ay grande exceſſo, y notable relaxacion, en algunas perſonas Eccleſiaſticas de mayores, y menores Ordenes, eſtudiantes, y ſeculares que anden en habito Eccleſiaſtico Clerical profanandolo con el vſo de telas indecentes, lobas abiertas aforradas en tafetanes de colores, mangas de tirela, terciopelo, damaſco, y otras telas, y ſedas, y con medias de color, y de pelo, cabello, y barba larga, vigote retorcido, copete, tufos, y guedexas, que todo eſto es contra la compoſtura, grauedad, y modeſtia de el eſtado Eccleſiaſtico, y en contrauencion, y menoſprecio de lo diſpueſto, y mandado por Sacros Canones, y con-

constitutiones Synodales deste nuestro Arçobispado. Y desseando la reformacion de tales abusos, y que la compostura, grauedad, modestia, y exemplo, que en todo ha dado el Cabildo de nuestra Sãta Iglesia Cathedral de Toledo, y el estado Clerical deste nuestro Arçobispado se continue, y q̃ se guarde lo dispuesto, y mandado por los dichos Sacros Canones, y Concilio Tridentino, y todo lo que cerca desto esta ordenado en dichas constituciones Synodales. Por tanto por la presente mandamos q̃ de aqui adelante todos los Clerigos de qualquier estado, y condicion que sean, assi de mayores como de menores Ordenes, y qualesquier personas que traxeren habito de San Pedro, de ninguna suerte se atreuan à traer las lobas abiertas, aforradas de color, vigote retorcido, barba larga, patillas, copetes, ni guedexas, mangas de tirela, terciopelo, damasco, ni picadas, ni escotadas diferentes de lo que fueren las lobas que traxeren, ni medias de color, ni de las que llaman de pelo: y assi mismo traigan coronas abiertas. Todo lo qual cumplan, y executen pena de excomunion mayor trina Canonica monitione præmissa, y de mil marauedis, y de perdimiento de las dichas lobas, mangas, y medias, aplicados la mitad al Fiscal, denunciador, y mitad a nuestro arbitrio, y de quince dias de carcel por la primera vez, en que incurran passados veinte dias de la publicacion deste edicto, que les señalamos por tres terminos, y el vltimo por peremptorio, con apercebimiento que contra los rebeldes, e inobedientes, y reincidentes procederemos à agrauacion, y reagrauacion de censuras, y a execucion de otras penas a nuestro arbitrio.

CAP.

CAP. XLIX.

Dissoluitur principalis argumenti prima pars.

NEque obstat supradictum argumentum, A quod scilicet Clerici non habent certum habitum priuatiuè ad laicos, quia consuetudine laici habent etiam incedere in habitu Clericali, & ideo Episcopus non potest ei interdicere eiusdem habitus gestationem, neq; pœnis, & censuris eos non obtemperantes coercere. Nam respondetur, quod manifestè corruit huius argumenti illa prima assertio, quæ ait, Clericos habitum certum nō habere. Non enim procedit eius ratio affirmans nō esse expressum in iure de colore, vel forma, vt propter ea, vel propter eorum alterum habitus huiusmodi discernatur; Immo contrarium est verum. Expressa est enim in supra relatis iuribus, & Summorum Pontificū decretis, & Concilijs Generalibus, Prouincialibus, & Diœcessanis certa forma, & certus color expressus vestimentorum Clericis sæcularibus congruentium, nec non & diuersæ formæ, diuersiq; colores eisdem interdicuntur ad sui status decorem, & maxime ad distinctionem laicorum. B

Neq; obstat dicere, quòd ex quo certæ formæ, & colores vestium Clericis præscribūtur, & prohibentur, non inde sequitur certū habitum eis esse præfixum. C Nam respondetur han propositionem nulla fulciri ratione;

A *Supra. c. 33.*

B *Sup. cap. 30. & ca. 31. & hæc est doctrina Alexandri Ambrosini de immunitate Eccles. cap. 23. num. 12. & refert Lapum de libertate Eccles. q. 7. n. 2. vbi probat hanc doctrinam.*

C *Ita dicebat glossa, verbo Sæcularis in Clem. 1. de elect.*

ne; immo contraria patet. Nam legitimè inde sequitur certum habitum præfixum esse vt sit eis conueniens, & non prohibitus; sicut, & laicalis conueniens laicis. [D] Et quòd ad essertam consuetudinem attinet, respondetur. Illas vestes Clericorum honestas cēseri, quæ à communi vsu, & consuetudine, vbi commorantur, sunt admissæ, dummodo tamen qui in illis incedit, si videatur in populo ex aspectu ipso dijudicetur, quòd Clericus sit, & nō laicus. [E] Quia in habitu Clericorum in tantum bene attenditur Prouinciæ consuetudo, vt nō scilicet laicorum, sed Clericorum habitus sit similis, [F] & is Clericorum debet esse, quem Clerici, non vero laici gestare cōsueuerunt. [G] Ergo etcætera.

Et ideo lex Hispana [H] requirit: *Que assi mesmo sean las vestiduras* (conuiene à saber de los Clerigos de menores,) *como las acostumbran traer los de Missa, y que de otra manera, no gozen del priuilegio del fuero.* Ergo habitus huiusmodi peculiaris est Clericis, siquidem, vt talis eis assignatur, & sic non debet esse communis laicis, & consequenter illum hi gestare non debent contra nostrum interdictum promulgatum in defensionem nostræ sacræ Religionis.

Et notandum est, quòd omnes supradicta affirmantes, loquuntur in casu, vbi controuertitur quis, & qualis sit habitus Clericalis, vt illum gerens fori priuilegio gaudeat, vt videre est in scribentibus. In quo casu magnam consuetudo vim habet, & auctoritatem; cum nihil rationi repugnet; immo est

D *Id fatetur eadem glossa Clemen.1. de elect.*

E *Iulius Clarus dicens esse communē, pract.crim.lib.5.§ fin.q.36.n.14.*

F *Couarr.pract. qq. cap.31. nu.7. vers. 4.*

G *Filliucius, tom. 3. tractat.41. cap.6. nu.14.*

H *L.1.tit.4.lib.1. Recop.*

est fauor status Clericalis; quem ampliari conuenit: Nos vero versamur nunc in casu odioso alienum vsurpandi a laicis, quod restringi oportet. [I]

I *Arg. c. odia de reg. iur. in 6.*

Et præter, vel vltra quamplurima, quæ ex supradictis inducere possemus, & breuitatis gratia omittimus ad probandum, quod certus, & discretus est, & esse debet a laicorum vsu habitus Clericorũ; hæc pauca perpendẽda sunt. Primo, quia si laici pro libito possent illum sibi assumere, & deferre; tunc non esset huiusmodi habitus peculiaris Clericorum; sed communis his, & illis, vt patet: Et inde sequeretur Clericos posse illum impunè dimittere, quia desineret ipsis esse peculiaris, & sic cessaret ratio, qua illum deferre tenentur, vt scilicet secundum personarum varietatem, & gradum, seu statum, & dignitatem à laicis, & cæteris regularibus distinguãtur iuxta supra scriptam doctrinã: [L] sed sic est quod Clerici non possunt habitum suum dimittere, sicut nec monachi, & alij regulares; tenentur enim, & coguntur illum, vt sibi peculiarem deferre, [M] vt professionem suam in eo probent, sicut in incessu. [N] qua de causa laicalis habitus sæpe sæpius illis extat prohibitus; [O] nec non, & monachalis, vt ab his, illis discernantur, habitus enim singulorum Ordinum adhoc sunt instituti, vt liquido constet in qua professione vnusquisq; Domino militet. [P] Ergo Clericalis habitus est Clericis peculiaris, & debet esse certus à laicorum, sicut à monachorum vsu distinctus, ergo laici nequeunt

L *Sup. cap. 28.*

M *Ex iuribus, & au ctoritatibus supr. adductis, c. 31.*

N C. Clericus 41. *dist.*

O *In aliquot ex decre tis sup. relatis, cap. 30. & cap. 31.*

P *Ex cap. 3. de regu lar.*

unt pro libito illum ſibi aſſumere, ac proinde poſſunt, & debēt ab illius aſſumptione, & vſu prohiberi, & coerceri.

Et confirmatur, quia ſecundum Apoſtolum: Q *Quiſquam non ſibi ſumere debet honorem, niſi qui vocatur à Deo, tanquam Aaron.* Nec dubium eſt, aut eſſe poteſt huiuſmodi honorem eſſe à ſeruitute habitus ſæcularis emundari, & habitu ſacræ Religionis indui, quando quis aſſumitur in Clericum per tonſuræ initiationem ſecundum authoritatem Eccleſiæ ſupra relatam. R Neque vllo modo poteſt dici adhunc honorem à Deo vocari tanquam Aaron, niſi Clericus, qui ſaltem per Clericalem tonſuram deputatur ad cultũ Dei; & ſicut hæc dedicatio nõ niſi per Epiſcopum fieri poteſt, vel per Abbatem Presbyterum, & benedictum, vt ſupra probauimus: S ita nullus niſi à huiuſmodi miniſtro Dei Clericalis habitus honorẽ debet ſibi aſſumere. Et ideo poſt tonſurationem ſtatim Epiſcopus Clerico tonſurato ſacræ Religionis habitum imponit, monetq; illum de foro Eccleſiæ factum eſſe, & Clericalia priuilegia ſortitum, & vt caueat ne propter culpas illa perdat, & vt habitu honeſto, probiſq; moribus Deo placere ſtudeat. T Vnde conſequenter, cũ quis miſer Clericus degradãdus eſt, poſt omnes alias degradationis cæremonias de mãdato Epiſcopi miniſtri exuunt degradatum veſte, & habitu Clericali, & ipſum induunt habitu ſæculari, & tunc, & non ante, Epiſcopus contra ipſum pronuntiat dicens. *Pronuntiamus, vt hunc exutum*

Q *Hæbr. 5. v. 4.*

R *Sup. c. 40.*

S *Sup. cap. 27.*

T *Liber Pontificalis, part. 1. tit. de Clerico faciendo in fine.*

omni ordine ac priuilegio Clericali Curia sæcularis in suum forum recipiat degradatum. V

V
Liber Pontificalis, p.3.titul. degradatio à prima tonsura.

Ex quibus sequitur euidenter, non tantũ quod Clericalis habitus est, & debet esse Clericis peculiaris, & à laicali distinctus, & quod ideo laici illum, vt alienum nõ possunt sibi assumere; sed etiam, quod sicut ad Episcopum pertinet in illo Clericum instituere, sic etiam pertinet alios quosuis sæculares ab illo destituere.

X
Con. Aquileiense 1 tit. de vita, & honest. Cler. §.2.

Z
Conc. Trident. Ses. 23. cap. 6. de reformat. Xistus 5. in constitutione cum Sacrosanctam die 5. Ianuarij anno 1586.

Item idem probatur, quia iuxta Concilium Aquileiense: *Corona, & vestis talaris est insigne Clericorum:* X Et ideo Concilium Tridentinum, & Xistus Papa 5. Z Vt quis gaudeat priuilegio fori, requirunt tria illum habere; scilicet coronam, & beneficium, aut loco beneficij deputationem ibi præscriptam; & simul vestem Clericalem, tanquam statui Ecclesiastico conuenientem, quæ vestis si secundum se esset quid profanum, minime requireretur tanquam pars conueniens ad fori priuilegium. Cumq; corona, & priuilegium propriè pertineat ad statum Clericalem, & minime ad laicalem; non est, cur minori iure vestis Clericalis non pertineat peculiariter ad Clericorum statum. Ergo potest, & debet per Ecclesiasticum Iudicem, cuius fori est hic habitus, prohiberi, ne laici, qui sunt diuersi fori, illum gestent, non solũ ratione dehonestationis prouenietis ex eius vsu cum comis, aut alijs indecentijs; sed etiã ratione distinctionis necessariæ, aut saltem conuenientis inter vtrumq; forum Ecclesiasticum, & sæculare; vt vterq; Iudex possit

(vt

(vt debet, & expedit) ſuos in ſuo foro diſtringere.

Et hæc nobis videtur eſſe ratio non contemnendæ congruentiæ vltra ſupraſcriptam ſacrilegij rationem, vt hoc crimen ſit mixti fori Eccleſiaſtici quidem, quia frequenter ab id patrantibus, ſeu præſumentibus Eccleſiaſticus ſtatus deturpatur; laicalis verò fori, quia per talem ſimulationem quodammodo ſuo iure fraudatur iudex ſæcularis.

Vnde ſi laicus deferens habitum Clericalem delinquit, & captus à ſuo Iudice ſæculari dicat ſe Clericum eſſe; tunc ſæcularis Iudex debet ſuperſedere in cauſæ principalis cognitione. Quia talis reus iudicandus eſt interim, qualis inuentus fuit donec Eccleſiaſticus Iudex de Clericatu cognoſcat. [A] Igitur habitus ille etiam in perſona ſæculari eſt habitus Clericalis, & non communis laicis, & Clericis. Alias enim non pertineret priuatiue ad Eccleſiaſticum de illius qualitate cognoſcere, & iudicare. Sicut ex aduerſo ſi laicus idem deferens habitum Clericalẽ delinquit, poteſt ab Eccleſiaſtico Iudice in fraganti capi, & incarcerari, vt tenet cum omnium Doctorum ſchola praxis vniuerſalis, ex eadem ratione: Ergo talis geſtatio habitus in laico, vt peculiariter ad Eccleſiaſticos pertinentis, Iudici Eccleſiaſtico iuriſdictionem tribuit in laicum, quam non haberet, ſi habitus ille non eſſet Clericis peculiaris, & non laicis communis. Ex quo ſe-

A
C. *ſi iudex de ſent. ex com. in 6. & tenent communiter Doctor. vt Couar. pract. qq. cap. 33. num. 11. Maſcard. de probat. conc. 689 num. 7. Farinac. in praxi crim. q. 8. n. 24. Zerola in prax. Epiſcop. par. 1. verbo Clericus, § 3 Bonacina Sanch. Diana, & alij quos refert, & ſequitur Barboſa de iur. Eccleſ. lib. 1. cap. 39. n. 27.*

quitur etiam quod ratione eiusdem habitus habet Iudex Ecclesiasticus iurisdictionem in laicos super eius gestatione. Ergo potest eis interdicere, ne illum habitum gestent, maxime cum eius dehonestatione, & status Clericalis dedecore, cuius ad Episcopum spectat defensatio.

CAP. L.

Dissoluitur principalis argumenti secunda pars.

A Sup. cap. 33.

NEque obstat secunda pars suprascripti argumenti; [A] scilicet, quod cum iam consuetudine laici incedant in habitu Clericorum, non potest Episcopus illis interdicere, ne huiusmodi habitu vtantur. Nam respondemus, quod cum adhoc, vt valeat consuetudo, debeat esse rationabilis, & legitime præscripta: [B] de facto negamus aliquam esse cōsuetudinem, quæ nostri edicti decissioni aduersetur, aut legitime possit aduersari. Nam, & si fateamur aliquot ex laicis habitū Clericalem deferentibus ante hæc tempora illum aliquo modo, & leuiter profanasse; plures tamen numero, & grauitate morum digniores tunc temporis eo decenter vsi sunt, donec perniciosus, & execrabilis hic nouus comarum abusus cæpit, qui non dum in Peruuio decennium attingit, vt notum est. Vnde nec vsq; modo communiter ab omnibus receptus est, neq; à maiori parte; sed dum-

B Cap. fin. de consuet.

taxat

taxat a pluribus ex inferioris cõditionis, vel leuis mentis hominibus. Et vt cõsuetudo vocari possit in communi vsu esse deberet. [C]

Et nihilominus quando omnia hæc de facto cessarent, (quod negamus) satis, superq; præscriptio quæuis interrupta maneret per suprascriptam constitutionem Limanæ Synodi, & per subsequentia, & continuata mandata nostra, quæ absq; cuiusvis querela, contradictione, vel reclamatione sæpe sæpius executioni sunt demandata. [D]

Et confirmatur quoniam ad præscriptionem legitimam alicuius consuetudinis requiritur scientia, & patientia superioris. Vt colligitur ex lege Hispana [E] ibi: *Sin embargo de qualquier costumbre que se alegue si la ha auido porque aquella ha sido sin nuestra sciẽcia, y paciencia.* Et oportet, vt consuetudo valeat, quod sit inducta de scientia eius, qui super ea re, vbi inducitur, habeat ordinariã iurisdictionem, & potestatẽ condendi leges. [F] Et non sufficit toleratio; multa enim per patientiam tolerãtur, quæ si deducta fuerint in iudicium exigente iustitia non debent tolerari; [G] & impunitate, ac facto Principis, non inducitur dispensatio. [H] Quomodo ergo conuenire potest aliqua sciẽtia, & patiẽtia nostra, sed neq; tolerantia, aut dispensatio cum tanta repugnantia, quantam prædicta mandata, eorumq; executiones protestantur?

Verũ siqua consuetudo (quod negamus) esset, adhoc vt obseruaretur, deberet esse rationabilis. [I] Et quod ad primum requisitum atti-

C *C. cõsuetudo, 1. dist. in fine.*

D *De quibus supra, c. 48.*

E *L. 15. tit. 1. lib. 4. Recop.*

F *Iuxta tex. in c. illud 93. dist.*

G *Iuxta text. in c. cũ iam dudũ de præb. ita tenet Innoc. in rub. de consuet. n. 4. quem refert, & sequitur Greg. Lop. in l. 3. ti. 2. p. 1. verbo Consintiendolo el señor.*

H *Thom. Sanc. de matrim. lib. 2. disp. 38 n. 12.*

I *D. cap. fin. de consuet, cum alijs similibus.*

attinet, *consuetudo est lex*, idest, legis habet vigorem, L *si ratione constat, hoc est, dũtaxat quod religioni cõueniat, quod disciplinæ cõgruat, quod saluti proficiat.* M

L *§.ex non scripto inst. de iure nat.*

M *d.c. consuetudo §. porro 1. dist.*

Quo pacto ergo ratione constare potest, quod religionis habitum deturpat, statũ perturbat, ordinem confundit, dignitatem abijcit, decorem fædat? Et quomodo disciplinæ potest congruere quod veritati contrariatur, quod Canonibus aduersatur? & tandem saluti proficere consuetudo non potest nutritiua peccati, quæ quod in alijs crimen est, (videlicet gestare comas) auget cũ vsurpatione alieni, & cũ profanatione Ecclesiastici habitus, & alia plura facit emanare mala, quæ ex omnibus supradictis fuse perpendere in promptu esset, si lectorem non grauaremus, sed hæc pauca adijcere non sit graue.

Ludibriorum, quæ in Ecclesijs fiebant, cõsuetudo non valet; sed potius, vt corruptela, ab Ecclesia arcenda declaratur. Quia per huiusmodi turpitudinem Ecclesiæ inquinatur honestas. N Ergo ab identitate rationis non debet asserta valere consuetudo.

N *c. cum decorem de vita, & hon. cler.*

Item ex supra passim in hac allegatione dictis probatum est, quod ad Religionẽ pertinet, vt Clerici habitu à laicis discernantur. Item pertinet ad Religionem, vt ab eisdem, vt spirituales Patres honorentur; nam (sicut docet Sanctus Clemens Papa, & Martyr) O *Si de Parentibus secundum carnem ait diuina Scriptura: Honora patrem tuum, & matrem, vt bene sit tibi; & qui maledicit patri, aut ma-*

O *S. Clemens lib. 2. apost. constit. c. 33.*

matri, morte moriatur. Quanto magis de Patribus spiritualibus verbis Dei moneamur eos honore, & charitate prosequi, vt beneficos, & ad Deum legatos. Qui nos per aquam Deo regenerarunt, Spiritu Sancto impleuerunt, lacte verbi Dei aluerunt, & doctrinæ alimento nutrierunt, monitis stabilierunt, corpore salutari, & pretioso sanguine nos dignati sunt, nobisque peccata remiserunt, & Sanctæ, ac Sacræ Eucharistiæ participes fecerunt, ac promissionis Dei consortes, & Christi cohæredes constituerunt? His igitur reuerentiam adhibentes omni eos genere honoris afficite: siquidem hi potestatem vitæ, & mortis à Deo acceperunt in iudicandis ijs, qui deliquerunt, & in damnandis ad mortem ignis sempiterni, & ijs, qui se ad rectè viuendum conuertunt, absoluendis, & viuificandis. In lege autem ita scriptum habemus: [p] *Turpitudinem patris tui, & turpitudinem matris tuæ ne descooperias, &c.* Si laicis impunè liceret statum Clericalem comis pudefacere, hoc esset contra rationem prohibitionis, quæ ex causa Religionis propter eius decentiam cõsideratur. Sed sic est quod prohibitum Religione, est contra bonum veritatis, & consequenter opponitur, seu repugnat rectitudini rationis naturalis; & implicat dicere: est prohibitum Religione, ergo nõ natura; quinimò sequitur, ergo natura prohibitum est; etiam si Religio non proprie pro virtute, (de qua supra diximus) sumeretur, sed cõmuniter pro quacunq; Religione præceptoria. Tunc enim prohibitio in proposito erit iuris diuini moralis, quod naturale supponit.

p *Leuit. 18. v. 7.*

nit. Vnde patet quod hoc modo etiam prohibitum religione, prohibitum est communiter natura. Q Ergo nulla valet consuetudo contra nostrum interdictum, quod est ad honorem Sacerdotibus, vt parentibus spiritualibus debitū conseruandum, vtpote quæ esset contra ius diuinum supra relatum de parentibus honorandis. R

Item talis consuetudo est irrationabilis, vt quæ contraria est Ecclesiasticæ disciplinæ, & consequenter nullo tempore etiam longissimo præualere potest ex vulgaribus iuribus, & doctrinis: S *Et quamuis consuetudo ex solis principijs naturalibus, vel diuinis nō appareat irratianabilis; potest tamen propter maiorē decentiam, vel Religionē, vel disciplinæ seueritem Ecclesiasticis sanctionibus pro irrationabili haberi. Exempli gratia: quod laici sedeant in choro cum Clericis nō est contra ius diuinum, vel naturale, & tamen quia indecorum est non potest consuetudine introduci.* T

Item sicut alienum est omnino à ratione, (& ideo consuetudine effici non potest,) vt lictores, aliæq; similes personæ vilissimæ possint pro libito indui, & vti vestibus Clericalibus; quin Episcopus possit id illis interdicere ratione dumtaxat iniuriæ, quæ sacræ Religioni irrogatur, & ex vilitate huiusmodi personarum solummodo prouenit, etiam si modestè in modo illas gerendi, & in alijs se habeant. Ita quoq; dicendum venit, non posse fieri consuetudine, vt laicis etiam sublimibus personis liceat comis, alijsq; inde-

Q *Ita docet Bartholomeus de Spina de potestat. Papæ, num. 104.*

R *Hæc est expressa doctrina glossæ in d. c. fin. verb. Naturali de consuet.*

S *C. ad nostras, c. cū venerabilis. & d. c. fin. de consuet. cū gloss. ibi.*

T *Hæc verba sunt Patris Francisci Suarez de legi. lib. 7. c. 7. n. 9.*

decentijs honestum Religionis Clericalis habitum dehonestare, & pudefacere, vt de primoribus Aulæ Imperialis irridentibus habitũ Ecclesiasticũ Patres in sæpe dicto Sacro Concilio Constantinopolitano 8. iudicarũt, & epitimijs impositis emendarunt; nihil interesse putantes iniuriã ab huiusmodi sublimioribus personis prouenisse, sed vtcumq; factam fuisse. Igitur cum nostro casu, vltra fudamenta iuridica suprascripta laicis repugnantia ad Clericalem habitum per eos deferendum resistat etiam turpis illa cõiunctio, seu admixtio execrabilium comarum cum Clericalis Religionis habitu (quæ etiam laicali habitu indigna est,) minus potest asserta consuetudo iutroduci.

Nec mirum, cum de simili consuetudine contra viros Corinthios comam nutrientes pronuntiauerit Apostolus dicens: [V] *Si quis videtur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, neq; Ecclesia Dei;* Insinuans euidenter de vi similium consuetudinum magis auctoritate, quàm disputatione esse decernendum. [X]

Nullatenus ergo asserta consuetudo attendenda est, quod etiam communi praxi probatur; in multis enim ex suprascriptis iuribus, & constitutionibus aduersus suppositam contrariam consuetudinem decretum est interdictum; aut aliàs prouisum, prout expedire visum fuit, ea nõ obstante, eo quòd pro corruptela reputata est, & ideo digna prorsus omni repulsione. Y

V *1.Cor.11.v.16.*

X *Iuxta doctrinam glossæ ordinariæ, ibi.*

Y *Argum.ca.mala 8. distinct.c.omnia talia 12.dist.ca.licet 16.q.3.*

CAP. LI.

Dissoluitur principalis argumenti tertia, & vltima pars.

NEque obstabit dicere laicos de foro Ecclesiæ non esse, & ideo super hac re non posse in Ecclesiastico foro iudicari.[A] Quia respondemus, quod, & si de foro Ecclesiæ nõ sint, (vt in nostro edicto sine ambiguitate fatemur,) ex eo tamen quod falso portant habitum Clericalem, & insignibus abutuntur religioni, & hoc modo Ecclesiæ, & Religioni iniuriam inferunt, consequenter de foro Ecclesiæ efficiuntur, & ideo apud vtrumq; iudicem, Ecclesiasticũ scilicet, & sæcularẽ possunt, & debent puniri.[B]

Ne ergo quisquam putet, quòd Domini nostri Regis Catholici (quem Deus diù fœliciter seruet) iurisdictionem, aut perturbare, aut minuere intendimus, maxime cum ipse pro auito suo zelo nostram Ecclesiasticam iurisdictionem semper debeat, velit, & soleat fouere, iuuare, & promouere; intendimus enim dumtaxat, & principaliter decernere de peccato, cuius ad nos sine dubitatione pertinet censura, quã in quemlibet ex nostris dioecesanis exercere possumus, & debemus.[C] Quia iudex Ecclesiasticus contra laicos potest procedere ratione delicti, & peccati, quoties ad bonum commune, & ad bonum ipsius peccatoris necessarium id fuerit. Christus enim Dominus vniuersaliter de omnibus peccatis præcepit ea esse denuntianda Ecclesiæ, & non audientes esse habendos tãquam

A *Vt dictum est supra c.33.*

B *Ex reg. tex. in cap. cum sit generale, & ibi Doctores omnes de foro comp. citat quamplures Barbosa ibi in collectanea a n.1. vsq; ad 4. & post Oldradum cons. 86. De.n.2. & Soc. n.5. §. & idẽ Barbos. n.24. in d.c. tuarum de priuilegijs cum alijs in numeris quos breuitatis causa omittimus.*

C *Arg. c. nouit de iudicijs, & ibi cõmuniter omnes Scribẽtes, & in c. extrãsmissa de foro cõpet. c. administratores, 25.q.5.c.1. & cap. & si Christus de iure iur. c.1. de homi. in 6. & in d. cap. si qua mulier 30. dist.*

quam ethnicos, & publicanos, hoc est, contumaces ab Ecclesia excõmunicatione plectendos. [D] Immo etiam intendimus eamdem Regiam iurisdictionem (quatenus in in nobis est, & si opus esset) quodammodo (vt ita dicamus) iuuare, quod perspicuum fit ex illis edicti nostri verbis: *Porque quando la justicia secular los vè en tal habito, les tiene respecto, por entender que son Clerigos, y exemptos de su jurisdiccion.* Vt si deliquerint facilius possint corrigi, & puniri sine mora necessaria ad iudicium, quod Ecclesiæ competit, de Clericatu, aut vestibus Clericalibus iuxta suprascripta; [E] & pæna amissionis taliũ vestimentorum in edicto imposita in fauorẽ cedit sæcularis iurisdictionis, iudicibus enim sæcularibus, non Ecclesiasticis eam applicauimus, vt ita saltem alicuius lucri spe eos alliceremus ad executionem nostri mandati.

D *Matthæi* 18. *vers.* 17.

E *Sup. cap.* 41.

Quam poenam ad exemplum iurium suprascriptorum imposuimus.

1. Ad exẽplũ supradictæ legis Imperialis, quæ corporalis supplicij, & exilij imposuit pœnã cõtra præsumẽtes eius ordinationem violare, & ad prouidentiam Episcopi rem totam remisit.

2. Ad exemplum legis Partitarum legi Imperiali ferè per omia conformis.

3. Ad exemplum Iuris Canonici sub anathemate prohibentis, nequa mulier vtatur veste virili, & nequis falsò cruce signatus pro colligendis eleemosinis mittatur, & ne bigami tonsuram, & habitum Clericalem deferant, & nequis Romipetas, & peregrinos captione personarũ, rerũ spoliatione,

aut iniquis exactionibus molester.

4. Ad exemplum Vrbani 8. cōstituentis, vt si quem reperiamus habitum Ordinis S. Francisci sine Superioris eius licentia deferentem, illum carceri mancipare, & tali habitu exuere, & arbitrio nostro mulctare curemus.

5. Ad exemplum Conciliorum videlicet Eliberitani fœminas viris crispatoribus vtẽtes excommunicantis: & Matisconensis laicos debitum Clericis honorẽ non impendẽtes ab Ecclesiæ ingressu suspendentis; & sextæ Synodi generalis eos, qui capillos curiose ad videntium detrimentũ adornant, & cōponunt excōmunicari mandantis; & Aquisgranensis præcipientis, vt contra laicos, qui Presbyteris debitum non impendunt honorem, congrua procedat castigatio: & Constantinopolitani irrisores habitus Ecclesiastici epitimijs plectentis: & Toletani, & Limani sub excommunicatione ipso facto incurrenda prohibẽtium, nequis Clericos, aut monachos in scæna agat: & Mediolanensis graues pænas minantis aduersus Clericales, aut Monachales vestes assumentem, aut illas ad id accommodantem.

6. Ad exemplum constitutionum Synodalium, & specialiter Hispalensis interdicentis: *Que las mugeres no traigan escapularios, o habitillos, ni en los rosarios, ni en cosas pendientes al cuello otras cosas profanas con las de deuocion, so pena de excommunion mayor, y de tenerlos perdidos, y que no traigan medidas de nuestra Señora con listones en la cabeça, ni con*

otras

otras cosas profanas so pena de excomunion.

Atq; etiam specialiter ad exemplum Limanæ constitutionis prohibentis. *Que las mugeres no entren en las Iglesias con sombreros so pena de excomunion mayor, y de perderlos para el Alguazil que se los quitare con el cintillo que lleuare, aunque sea precioso.* Nec non, & alius cõstitutionis Limanæ, quæ vltra excommunicationem supradictam à Toletano, & Limano Concilijs aduersus in scæna Clericũ, aut Monachum agentes impositam adiecit pænam *de cien pessos.* Et vltra scænas adiecit etiam: *Las mascaras, y otros qualesquier juegos, o cosas de passatiempo.*

Et ad exemplum etiã constitutionis Hispalensis præcipientis: *Que los que sin ser Clerigos traxeren el habito Clerical, en quanto a el y a el modo de proceder en el, guarden lo q̃ deben guardar los Clerigos conforme a las constituciones Synodales, y no le guardando se executen en ellos las penas dellas, o dexen el habito.*

Et ad exemplum constitutionum Platensis, & Limanæ suprascriptarum idem, quod nostrum edictum, prohibentium sub pœna excommunicationis.

7. Deniq; ad exemplum supradicti edicti ab Eminentiss. Domino meo Domino Cardinale de Moscoso, & Sandoual Archiepiscopo Toletano nuperrime promulgati eadem, quæ in nostro edicto continentur, & alia prohibentis sub pœna *de excomunion mayor* trina Canonica monitione præmissa, *y de mil marauedis, y de perdimiento de las*

lobas,

lobas, mangas, y medias, aplicadas la mitad al Fiscal, denunciador, y mitad al arbitrio de su Eminencia, y so pena de quinze dias de carcel por la primera vez, y cõ apercebimiento de agrauacion, y reagrauacion de censuras, y execucion de otras penas a su arbitro.

Quæ pænarum impositio de iure procedit. Quia ex eo quod Ecclesiastico iudici cõpetit huiusmodi rei prouidenti, & iurisdictio, (vt supra latè probauimus) [F] ea quoq; que concessa videntur, sine quibus iurisdictio exerceri, aut explicari non potest, [G] vt est modica coertio, [H] quia iurisdictio sine modica coertione nulla est, aut saltim illussoria. [I] Vnde in Concilio Tridentino [L] est textus expressus dicens: *Liceat Iudicibus Ecclesiasticis, si expedire videbitur, in causis ciuilibus ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentibus contra quoscunq; etiam laicos per mulctas pecuniarias, seu per captionẽ pignorum, personarumq; districtionem, per suos proprios, aut alienos executores faciendam, per aliaq; iuris remedia procedere, & causas definire.* Et die 26. Aprilis 1603. fuit tentum in Sacra Cõgregatione Concilij, quod ex dicto eius decreto iudex Ecclesiasticus in delictis mixti fori contra laicos sibi, aliàs in temporalibus nõ subditos pænis etiam pecuniarijs; & corporalibus procedere possit. [M]

Quæ resolutio alijs iuris Canonici decisionibus fulcitur, [N] & Doctorum grauissimorum communi calculo approbatur [O] tenentium expresè, quòd Iudex Ecclesiasticus potest procedere aduersus laicos tempo-

ra-

F
Sup. c. 34. & deinceps vsq; ad hoc caput.

G
L. 2. ff. de iuris. omniũ iud. l. fi. §. ff. fi. de eo cui mand. est iuris.

H
Glos. verb. Non potuit, in d. l. 2. ff. de iurisd. omn. iud.

I
Ceuallos communes contra comm. q. 897. n. 11.

L
Conc. Trid. Ses. 25. cap. 3. de reformat.

M
Ita testatur Cardin. Bellarm. in declarat. Concilij ad d. c. 3. ses. 25. verbo etiam Laicos.

N
C. præterea de offi. deleg. c. attendedũ in fi. c. si quis contumax. [illegible] q. 4.

O
Dominicus, & Frãcus in c. cum Episcopus de offic. iud. ord. in 6. Ægidias Velamera, n. 8. Ioan. de Immola ad fin. Felin. in c. cum sit generale, 8. nu. 20. Couarr. in pract. c.

ralibus, atq; pecuniarijs pœnis per suos proprios, vel alienos executores; per proprios quidem, vbi fuerit consuetudine introductũ; sin minus per alienos, hoc est, inuocato auxilio brachij sæcularis, quod etiã procedit in causis, in quibus vti possit cẽsuris, & ita tenet Praxis in Senatu Hispalẽsi, & Granatensi. P

Deniq; supradicta cõfirmantur praxi huius nostræ Curiæ Archiepiscopalis, vbi in causis, siuè merè Ecclesiasticis, siue mixti fori tam criminalibus, quam ciuilibus, quarũ cognitio secũdum earum qualitatem ad nos pertinet, procesũ est, & proceditur contra laicos, non tantum per censuras, sed etiãper mulctas, & pænas tẽporales, & pecuniarias.

Hoc autẽ vltimo loco notare liceat, quòd sicut propter dolorem, & rationem sanguinis coniuncta affinitate permittitur sordidã gestare vestem, & rei nomine publice habere quædam alia alienis prohibita, vt dictũ est, Q quia dolor ille, sanguinisq; ratio cessare facit suspicionem inferendi iniuriam; ita nos quoq; in nostro edicto quatuordecim annis minores sub generali habitus Clericali interdicto comprehendere noluimus, in his enim cessat suspicio statum Ecclesiasticum iniuriandi cũ huiusmodi habitus delatione, etiã si sit simul cũ comis. Non enim regulariter id ad iniuriam faciunt, neque præsumitur eos esse Clericos, nec sic segerere ad lasciuiã ante illam ætatem.

Item notandum est ex verbis nostri edicti mentem nostram nõ esse omnes, & quoscũq; laicos à Clericalis habitus delatione omnino

19.n.2. Segura de Aualos, in direct. iudic.c.160. Io. Gutierr. canon. lib.1. q.45. Sabagun inc. præterea 5.nu.15. de offic. deleg. Marta de iurisd.1.p.ca. 50.n.5. Canc. var. res. lib.3.c.19.nu. 57. Michael Aguia in libell. de exhib. auxil. fundam. 11. Hieron. Cũpan. in diuer. iur. can. rub. 12.c.13.n. 88. Barb. de potest. Episc. alleg. 107.n.8. & de iure Eccl. lib. 1.c.39.§.4.a n.49 Thom. Sanc. consil. lib.6. dub.5. & alij panè innumeri, quos refert. & sequitur D. Ioseph Vela in prælatione ad c.1. de offic. iu. ord, 1.p.n.104.

P

D. Ioseph Vela vbi sup. n.64.

Q

Sup. c.32.

R

Glos. verbo Testimonium, in l. vestẽ, ff. de iniurijs.

no percellere. Siquidem morigeratis facultatem illum deferendi ad tempus cũ nostra licentia, & temporis prorogationem polliciti sumus. Sed mucronem exercuimus spiritualem, & pœnam minati sumus aliquantulam, temporalem in profanatores dumtaxat rebelles, & cõtumaces, monitionibus, & mandatis nostris nõ obtemperantes, quæ cum honesta cõtineant, eos legitimè ligant. R Ita sentimus, Limæ die decima septima Octobris, anno 1648.

R c. quisquis 2. q. 6. cum supradictis in principio huius capitis.

Petrus Archiepiscopus Limanus.

Del sauado [illegible] — En lim[a]

carne — 60
pan — 45
[illegible] — 05
[illegible] — 1
perai — 2
[illegible] — 02
[illegible] — 03
Berdura [illegible] — 3
espotillero — 02
[illegible] — 12
tocino — 08
acu[illegible] — 08
[illegible] — 161

Del sauado
[illegible]

195 161
170 153